parum in alijs mediocriter: in ☌ vel ☍ que precedit reuolutionem anni: ſi
♂ locū illum aſpiciat erunt fulgura tonitrua ⁊ lampades. ¶ Annuales plu-
uie ſecūdū indos preſciuntur ſic in ☌ ☉ ⁊ ☽ vel ☍ ante introitū ☉ in ♈: ſi
☽ prius aſpicit ♄: ⁊ ipſa ⁊ ipſe ſunt in humido: ⁊ non intercipit aſpectus ♃:
erunt nubes nigre ⁊ pluuia lenta ⁊ durans: ⁊ ſi planete inferiores ☉: ♄ tunc
aſpiciunt erit pluuia maior ⁊ plus durans. ¶ In reuolutione anni ſi ♀ ☿ ⁊
☽ in locis humidis fuerint pluuie redundabūt. In reuolutione anni ſi par-
tes planetarum pluuie ſcʒ ♀ ☿ ⁊ ☽ cadunt in locis humidis erūt pluuie vt
noceant. ¶ In reuolutione pars ☿ accipitur ſic in ☌ vel preuentione que
precedit reuolutionem anni: accipiuntur gradus qui ſunt a ☿ in dominum
ſigni in quo eſt ☿ ⁊ adduntur gradus qui aſcenderunt de ſigno aſcendente.
⁊ ſit proiectio ab inicio aſcendentis ſigni: ⁊ iuxta dominū in quo numerus
terminatur iudicatur aura: ſi tūc ♂ eſt in angulo terre ⁊ in terreo inueſtitus
☿ terremotum ⁊ corruptionem mineralium facit: in igneo combuſtionem
terre ⁊ ſeminum: ſimiliter in alijs. ¶ In reuolutiōe pars pluuie accipitur in
die a ♀ in ☽: in nocte econuerſo ⁊ proijcitur ab aſcendēte: que ſi cadit in hu-
midum erunt multe pluuie ⁊ econtra: ⁊ cum ad locum illum ☽ peruenerit
pluet: ſimiliter cum ♀. ¶ Cum ☉ intrat ſignū tropicū ſi tunc ♀ de humido
aſpicit ☽ in humido pluuie erunt multe: ſi tunc ☽ non eſt in humido ſed ♀
mediocris erit. ¶ In reuolutione ſi ☽ aſpicit ♀ vel ☿ ⁊ ambo ſunt orietales



2008 Ministerio de Cultura

in principio anni erunt pluuie multe: ſi occidētales econtra. In reuolutione
ſi ☽ tunc decedit a ♂ pluet illa die. In reuolutione ſi ♂ de ♏ aſpicit ♀ plu-
uie abundabunt. ¶ Cum ☉ eſt in ♈ vel ♉ ⁊ ♀ tunc retrograda: ver erit plu
uioſum valde. Cum poſueris principium quartarum menſis minutum ☌
alteratiōis prenoſces aeris humiditates: ⁊ maris acceſſio maxima eſt in ☌
⁊ ☍ luminariuꝫ: minima in quartis: ad quartas decreſcit: de quartis creſcit.
¶ Pars diei eſt accipere oriente ☉ omni die quantū eſt a ☉ in ♄ ⁊ hoc tunc
a loco ☽ proijce ſi cadit in humidum humiditatem ſignificat ⁊ econtra in
domū ♀ ⁊ ☽ pluuiam: in domū ☉ ⁊ ♂ ſerenitatem: ♃ ⁊ ☿ ventos ♄ nubila
Cum ☽ eſt cum ♀ vel ☿ in humido: magis cum vtroqꝫ pluuie abundabūt
Si ☽ eſt in ♏ ⁊ ♂ in oppoſito pluuie abundant. Cum ☽ ⁊ ♂ ſunt ſimul in hu
mido ⁊ alter inferiorum a ☉ aſpicit ♂ nubila erunt terribilia lampades ⁊ to
nitrua ⁊ grando ſed non pluet niſi ♂ aſpiciat ♄ vel ♃ vel ☉ ſi diſpoſitor tem
porum glorioſus deus voluerit ⁊ ſublimis. ¶ ☽ intrans ♋ hora ☉ : ♍ hora
♀ : ♎ hora ♃ : ♐ hora propria: ♉ hora ♂ : ♊ hora ☿ ſignificat ſecundum na
turam dn̄i hore ⁊ ſigni in quo eſt ipſe. Cum ☽ intrat ♒ vel ♓ vertit aerem ⁊
perturbat. Cuꝫ ☽ ☿ aduſto applicat aut ei de ♏ opponit̃ pluuiā facit. Cū ♀
♂ applicat in ♏ ſtatim pluet. Cū ☉ ♀ ☿ ⁊ ☽ ſi ſunt imbres ↄtinuos faciūt
illa die: etiā ſi ☽ aſpicit eos aliūde. Cuꝫ ☽ fuerit in ♏ ⁊ ♂ in oppoſito ⁊ ☉ in
♒ vel ♓ pluuie abundant. Cum ☉ eſt in ♒ ⁊ ☽ in ♌ illa die pluet. Cum ☉
intrat ♎ ſi ♀ eſt cum eo infra vnum ſignum pluuie erunt multe: ⁊ magis ſi
fuerit occidētalis ⁊ ſub radijs in principio anni: ſi orientalis ⁊ nō ſub radijs
erit in fine anni. ¶ ♀ in angulo in ☌ ⁊ ☍ luminarium certum eſt iudicium
pluuiarum. Similiter dn̄s aſcendentis in angulo ⁊ in aqueo. Cum ☉ eſt in
emiſperio auſtrali ſcꝫ a ♎ in ♈ : ⁊ ♀ ſub radijs ☉ : ⁊ ☽ ſibi applicat ſtatim plu
et die illa ⁊ hora: pluet cū ☽ in cardine ⁊ in aqueo applicat ♀ vel ☿ : ⁊ durat
q̄ꝫdiu durat applicatio. Si ☉ eſt in ♓ vel ♈ ⁊ ☽ in oppoſito vel in ♐ in locis
vaporoſis die illa imbrium erit afluentia. Cum ☽ eſt in oppoſito ☉ aut cuꝫ
♀ in ♓ in ♈ ♎ vel ♏ erūt lampades tronitrua ⁊ fulgura. ♀ intrans ♋ plu-
uias facit. ♄ ♃ ⁊ ♂ ↄiuncti pluuias faciunt ⁊ torrentes. Cum ♄ eſt in auge
ſui circuli ⁊ ☽ ſibi coniungitur in fine menſis ſignificat augmentum rei quā
ſignificat ſignum in quo eſt. ¶ Cuꝫ ☽ applicat ☉ nubes erunt et imbres ex
quibus flumina redundabunt. Cum ♀ nubes candide: imbes mediocres
venti leues. Cum ☿ nubes varie crocee rubicunde nigre glauce ⁊ pallide.
Cum ſola eſt ſitus nubium fit diſcurſus colorum diuerſitas ⁊ interruptio im
brium. Cum ♄ nubes nigre: fulguris aſperitas: venti ⁊ pluuia viciſſim. Cuꝫ
♃ nubes candide ⁊ nigre ⁊ quaſi adinuicem ſuppoſite: lampades tonitrua
⁊ imber ⁊ aeris quandoqꝫ temperātia. Cum ♂ nubes rubicunde ⁊ pallide
yris ⁊ ⁊ imber in principio bonus aer calēs: ⁊ quandoqꝫ frigus: ⁊ hec ſeptē
capitula ſunt indorum. ¶ Planeta retrogradus vſqꝫ ad oppoſitionē ſolis
plus ſignificat pluuias q̄ꝫ econtra. Luna in ſigno feminino ſi reſpicit plane-
tam retrogradū in ſigno feminino ſtatim pluet. Luna iuncta planete retro

grado aflicta lumine ſignum eſt pluuie. ¶ Centra ☽ ſunt duodecim. Primū eſt locus coniunctionis ☉ ⁊ ☽. Secundum eſt a ☌ per. 12. gradus. Terciuꝫ eſt a ☌ per. 45. gradus. Quartum per. 90. gradus a ☌. Quintuꝫ abinde per 45. gradas. Sextum in. 12. gradus ante oppoſitionem. Septimum locus ☍ ⁊ alia. 5. ab ☍ ad ☌ ſicut a ☌. In quibus locis ☽ obſerua q̄lia ſint an humida an ſicca an mediocria: ⁊ quibus iungitur corpore vel aſpectu iudica iuxta illud. ¶ Apertiones portarum ſunt decem: ⁊ ſunt inter eos quorum domus cōtrarie ſunt inter ſe vt ♄ ⁊ ☉: ♄ ⁊ ☽: ♃ ⁊ ☿: ♂ ⁊ ♀. Unde ſi ☉ iungitur ♄ vel ☽ ♄ appertio porte eſt. Item ſi ☿ ♃ ſi ♀ ♂. Iteꝫ ſi ☽ tranſſertur de ☉ ad ♄ vel econuerſo de ♃ ad ☿ vel econuerſo de ♂ ad ♀ vel econuerſo ſemper eſt porte apertio: ⁊ ſic decem ſunt porte apertionis in quibus fiunt aeris mutationes ſm naturas eorum inter quos fit trāſlatio: ⁊ qui recipit ☌ vel aſpectum dominus rei eſt. ¶ Indi diem pluuie ſciunt per diſtantiam ☌ vel ☍ luminariū vel quadrature ad gradum planete pluuialis: ita ſi luna eſt in ſigno mobili dant cuilibet gradui horam vnam: in fixo diem: in communi in prima eius medietate dant diem: ſed in ſecunda medietate dant horam ⁊ tunc pluet: ⁊ ſi ♂ tūc aſpicit ♄ differt pluuia quouſqꝫ luna ſpiciat ♄ oppoſito vel □ aſpectu in ſicco: vel vim dat ♃ exiſtente vtroqꝫ in humido: ⁊ alter inferiorum ♃ aſpiciat nubila tunc erunt: ☽ ⁊ ♃ ſic ſe habentibus ſi neuter inferiorum ♃ aſpiciat: ſi ipſe ♃ ♄ aſpicit pluet. ¶ Non eſt diuerſitas in celo nec in planetis niſi ſm eorū ſitum in longitudine latitudine in ſurſum ⁊ deorſuꝫ. Et fit diuerſitas aeris per eccentricum ☉ et planetarum ad ☉: ⁊ inter ſe per diuerſitatem eorum ad terram: ⁊ quantitas corporis ☉ ⁊ eius calor vincit planetas qui ſunt ſub radijs eius Et cum planete deſcendunt ad funduꝫ epiciculi cal di ſunt: ſed ſi cuꝫ hoc ſunt in ſummitate ecentrici non apparet eorum calidum ſed frigidum. ¶ Et ſciënduꝫ q̄ cum centrū planete eſt minus ſex ſignis deſcendit in eccentrico cū plus aſcēdit. Et cū argumētuꝫ planete eſt minus ſex ſignis deſcendit in epiciclo ſi plus aſcendit. Et ſi in quarta eſtiua. 5. ſunt directi propter eoꝝ infrigidationē erit eſtas decora. Si tunc retrogradi erit calida ⁊ ventus calidus cōſumet ſeptentrionalia: nam retrogradi calefaciunt: directi infrigidant. ¶ Si ☉ eſt infra ♑ ⁊ ♈ hoc eſt in hyeme ⁊ vnus retrogradus eſt cum eo ſiccitas erit: ſi duo humiditas congruēs: ſi tres humiditas addens: ſi quattuor fiet diluuium: de ſuperioribus non poteſt hoc eſſe niſi per aſpectuꝫ. Si omnes ſunt retrogradi cum ☉ eſt in quarta autumnali ⁊ diriguntur in hyeme erit ſiccitas ſumma in oī climate. ¶ Leues combuſti in quarta autumni faciunt frigus ⁊ humiditatem: in quarta hyemali nubula ⁊ ventos meridianos: in vernali nubula: in eſtuali caliditatem ⁊ tonitrua: ſimiliter ⁊ de ponderoſis: ⁊ a latitudine. 9. graduū ab equatore vſqꝫ ad. 60. fiunt pluuie. ¶ Si ♄ ♃ ☉ ⁊ ☋ draconis aut ♀ ſunt coniuncti faciunt torrentes deſtruentes ciuitates ⁊ magis in hyeme. Si ♂ retrogradus aſpicit ☉ fulgura cadent vrentia: ♂ reſpiciente ♀ ⁊ ☽: ſi ☿ illū vel illā concomitatur erunt imbres cum guttis groſſis. ¶ Cum ☉ intrat. 18. graduꝫ ♏ ſi

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

tunc ♀ eſt in aqueo erunt pluuie ad ſubmerſionem. ¶ Cum ☉ eſt in ♒ ⁊ ♀
⁊ ☽ applicat ♀ vel opponitur ei ſtatim pluet. ¶ Si ♀ eſt retrograda ⁊ oriē/
talis ⁊ ☉ in ♑ ♒ vel ♓ in vere dat imbꝛes paucos in pꝛincipio hyemis abū/
dantes. ¶ Item ♀ in hyeme directa oꝛientalis in pꝛincipio dat pluuias pau/
cas: in fine hyemis multas: niſi ſtella q̄libet ☉ diſcurrat affinioꝛ. ¶ ☉ in ter/
minis ♂ in eſtate auget caloꝛem: in hyeme ⁊ vere facit ſiccitatē ⁊ pluuie pau
citatem. ¶ ♄ ⁊ ♂ ſicci ſunt qui coniūcti in ♋ cū teſtimonio ♃ ☉ ⁊ luna ſigni
ficant in omnibus oꝛizontibus ſiccitatē.

VEntus eſt vapoꝛ terreus aerē tranſcēdens ⁊ eum vehemēter impellēs. Itē alius dicit: ventus eſt aer denſus vſq; ad offenſionē tempeſtuoſam excitatus: cum ☉ eſt inter ♈ ⁊ ♋ venti erūt oꝛiētales: ad ♎ ſeptētriōales: ad ♑ occidētales: ad ♈ meridiani. ¶ Cōfiguratio ☿ cum ☽ vētos facit: cuȝ ♄ ſi nō eſt retrogradus ventos cum nubibus nigris: retrogradatio ♄ vētis cōtradicit: ⁊ magis in ſigno terreo ſimiliter ♂ in ſigno terreo vētis cōtradicit: cum ♃ ſalubꝛes: cum ♂ calidos ⁊ igneos: cum ☉ in vētoſo calidos vel peſſimos facit ventos. ¶ Item ſi ☉ fuerit in ♑ ⁊ ☽ fuerit in ♏ vel ♑ vel ♉ vel ♍ fridiſſimi flabunt venti. Idem ⁊ magis ſi ☉ fuerit in ♒ ⁊ ♄ in oppoſito ⁊ ☽ reſpicit alteruȝ. ¶ Venti pꝛincipales ſunt quatuoꝛ ⁊ habet quilibet duos collaterales. Ab oꝛiente ſubſolanus habet vulturnuȝ a ſiniſtris: eurū a dextris. A meridie auſter habet a ſiniſtris nothum: a dextris affricum. Ab occidente ſephirus habet a ſiniſtris circium: a dextris fauonium: licet fauonius pꝛincipalis ponatur a quibuſdam. A ſeptentrione aquilo habet a ſiniſtris boꝛeaȝ: a dextris choꝛum. ¶ Venti ſunt duodecim propter duodecim poꝛtas ☉ per q̄s exeūt ⁊ ipſe illos facit. Et vapoꝛ ſiccus ⁊ ſubtilis ⁊ frigidus in aerem eleuatus facit ventum: ⁊ ſiccus ⁊ groſſus in terra concluſus facit terremotum: ⁊ ſiccus vapoꝛ inuolutus humido choꝛuſcationes facit ⁊ tonitrua vapoꝛ autem humidus eſt materia pluuiarū ⁊ huiuſmodi. ¶ ☉ eleuat ventos oꝛientales: ♂ meridianos: ☽ occidentales: ♃ ſeptentrionales. Materia venti vadit vel detrahitur a deoꝛſum in ſurſum: ſed reditus in deoꝛſuȝ fit toꝛtuoſus: vnde in hoc motum ſtellarum imitatur ſuper arcuȝ oꝛizontis. Q̄ autē ventum depꝛimit a ſurſum in deoꝛſum eſt frigidum ſuperioꝛis p̄tis aeris ⁊ non eſt motus eius continuus: quia ſemel depꝛeſſus confoꝛtatus caloꝛe loci inferioꝛis ⁊ iterum eleuatur. ¶ Venti oꝛientales ſunt calidi ⁊ ſicci: quia via illa ☉ eſt vnde ſubtiliat ⁊ calefacit. Occidentales econtra ex cauſa contraria ſcȝ frigidi ⁊ humidi: quia cum exeunt a regione calida occurrunt eis venti ſeptentrionales a locis frigidiſſimis quos aperiunt frigoꝛe conſtrictos ⁊ trahūt humiditatē. Septentrionales ſunt frigidi ⁊ ſicci ꝓpter frigus q̄ꝺ ibi vapoꝛes conſtringit: ⁊ in omni vapoꝛe eſt aliquid de tribus elementis aere aqua ⁊ terra. Unde non poteſt eſſe omnino ſimplex quod vapoꝛat: ⁊ propter terreum quod eſt in vapoꝛe venti. Ventus denigrat vt fumus qui etiam niger eſt propter terreſtre aduſtū. Venti ſunt in montibus qui iuncti

venti prin cipales

Venti ſūt xij

2008 Ministerio de Cultura

ſunt aeri qui quemlibet vapoꝛẽ percutit ⁊ aereꝫ impellit. Et vẽtus nõ poteſt ire ſurſum ꝓpter frigus obuians: nec deoꝛſum propter caloꝛẽ obuiantẽ: nec retro ꝓpter frigiditatẽ impellentẽ: vnde cogitur in oppoſitũ ire: ⁊ vẽtus nõ exit locũ ſuum naturaleꝫ: qꝛ induens naturã aeris in eius regione mouetur. Et auſter eſt flexuoſus: qꝛ aquilo ſibi occurrens ipſum repcutit et inuoluit: repcutit quidẽ ſuo loco: ſed aqlo flat rectus: qꝛ obtuſũ auſtri ipm̃ repcutere nõ põt. ¶ Si in ſigno ſcd̃o a pͥmo tonuerit ſignificatio pͥmi pibit. ¶ In ♈ ſi tonuerit herbe abũdãt: anguſtia erit filijs hoĩuꝫ: ſuſpẽdia multiplicabũtur. ¶ In ♉ annona bona ĩ mõtib⁹: pauca in vallib⁹: vinũ ⁊ beſtie agri multiplicabunt. ¶ In ♊ pluuie erũt multe ⁊ grãdines: frumẽtuꝫ ⁊ legumẽ multũ aues pauce: reptilia multa. ¶ In ♋ fames ⁊ cõmotio: locuſte fructus terre vaſtabunt. ¶ In ♌ ſeditio erit inter regna: annona cara in pꝛincipio: ĩ nouiſſimo populi ſeditio: ⁊ moꝛient magn⁹ hõ. ¶ In ♍ fere hoĩbus inſidiabunt ⁊ q̃drupedia morient. ¶ In ♎ ſiccitas in pꝛĩcipio: in fine anni pluuie: ⁊ annona cara in fine. ¶ In ♏ racemi pauci piſces ⁊ pecudes moꝛient femine aboꝛciẽt: vẽti erũt magni: ☽ in oꝛiente obſcurabit. ¶ In ♐ pluuie erũt congrue: fructus arboꝛum cadent: ſerui regis pꝛeliabuntur. ¶ In ♑ multe gentes diſpergent: ⁊ erit magna peſtilentia in filijs hominuꝫ moꝛtalitas vndiqꝫ. ¶ In ♒ pluuie magne: terroꝛ hominibus: ventus affert tuſſim ⁊ ſcabiem: ⁊ erit commotio magna in ſeculo. ¶ In ♓ gelu ⁊ ſiccitas in terra: fruct⁹ terre deficient vinum multum abundabit: diuitie erunt homines infirmabuntur: non tamẽ multi moꝛient. ¶ Januarij tonitrua ventos validos ⁊ abundatiam frugum ſignificant. ¶ Februarij moꝛtem multoꝛum hominum ⁊ maxime diuitum pꝛonunciat. ¶ Marcij ventos validos: ⁊ abundantiam frugum: ⁊ lites in populo. ¶ Apꝛilis bonum ⁊ iocundum annum. ¶ Maius famem ſignat. ¶ Junius frugum copiaꝫ ⁊ maxime annone: ⁊ malas infirmitates. ¶ Julius anno illo annonaꝫ bonam: ſed fructus pomoꝛum peribit. ¶ Auguſtus rei publice pꝛoſperitatem: ſed multuꝫ hoĩes egrotabunt. ¶ September abundantiam frugum: ⁊ occiſiones potẽtum. ¶ October ventum validuꝫ affert ⁊ annone ⁊ fructus arboꝛũ inopiaꝫ. ¶ Nouember abundantiam frumenti ⁊ iocunditatem anno illo. ¶ December annone abundantiam: pacem in populo ⁊ concoꝛdiam. ¶ Kalẽdas ianuarij ſi fuerit in die dominico hyems erit bona ſed ventoſa: ver humiduꝫ: eſtas ⁊ autumnus ventoſi ⁊ annona ſatis ⁊ pecoꝛa ⁊ mel: vindemia legumina fructus oꝛtoꝛuꝫ peribunt ⁊ iuuenes: diſcoꝛdia inter reges latrocinia multa. Si die ☽ hyems communis: ver temperatum: eſtas calida: diluuia foꝛmidines ⁊ ĩfirmitates: viles moꝛientur: bella inter mulieres: pꝛĩcipium mutatiõis: matrone lugebunt: glacies magna reges interibunt: ſtrages magna ferro: vindemia mala: apes moꝛientur. Si die ♂ hyems magna ⁊ nix ⁊ diluuium: ver ⁊ eſtas humide: autumnus ſiccus: frumentum carum: pecoꝛum interitus repẽtini: incole regnabunt: mel multum: ligna cara: incendia multa: peſtilentia nimia: legumina bona fructus arboꝛum peribunt: oleum abundabit: romani melioꝛabũtur in aliquo

2008 Ministerio de Cultura

mulieres moꝛientur: ⁊ reges ⁊ vindemia mala. ¶ Si in die ☿ annona vilis vindemia bona: byems calida ⁊ pꝛoſpera: vel malũ ⁊ bumidum: autumnus temperatus: pericula ferri: olei copia: ventris ⁊ pꝛecoꝛdioꝛuʒ ſolutio: mulie res moꝛiẽtur: in locis diuerſis fames erit: ⁊ aliquod noui audietur: iuuenes moꝛientur. ¶ Si in die ♃ byems tempeſtiua: ver bonum: eſtas mala: autum nus ſiccus: frumenti parum: vindemia bona: lippitudo oculoꝝ: infantes pe ribunt: bella ⁊ ſeditio militum: terremotus: pericula regum: oleum multuʒ: rumoꝛes magni apud pꝛincipes. ¶ Si die ♀ byems ĩpoꝛtuna ⁊ ſicca: frugũ copia: oculoꝛũ doloꝛes: infantes moꝛient: grando multa. ¶ Si die ♄ byems ventoſa: ver magnum eſtas varia aſſiduis tempeſtatibus: autumnus ſiccus: annona commoda: poꝛcoꝛuʒ interitus: ligna cara terciane multe: varijs lan guoribus bomines vexabuntur: ſenes moꝛientur: incendia multa: fenũ mul tuʒ fructus pauci: ⁊ bomines moꝛientur. ¶ Nox kalendaruʒ Januarij ſi eſt ſerena boc eſt ſine vento ⁊ pluuia: annus intrans bonus erit: ſi cuʒ vento oꝛi entali moꝛientur pecoꝛa: cuʒ occidentali reges: cum meridionali erit moꝛ talitas: cum ſeptentrionali erit ſterilitas. ¶ Januarij luna pꝛima ſi fuerit lu na in capite arietis quod dicitur almaracb pꝛeualebunt pluuie ⁊ eradicabũ tur ſegetes. Si luna pꝛima ſurſuʒ mittit coꝛnua erit ſicca: ſi viſum toꝛquens ferroginiuʒ baber pluuialis erit: ſi vnuʒ ſurſum alind deoꝛſuʒ ſemi bumida erit. Et in luna tercia ſi tonuerit bis illo menſe tempeſtas erit. Si in quarta fulgura ⁊ grando. ¶ Agricule dicunt ꝙ nulla blada babentia paleas conca uas poſſunt diu ſeruari ſed putreſiunt ⁊ coꝛroduntur a vermibus poſt eoꝛũ collectionem ſi ſeminentur luna multuʒ diminuta. ¶ Arcus yridis in diuer ſis locis diuerſa ſignificat a meridie oꝛtus magnaʒ vim aquarum venire. ſi gnat enim magnam vim aquaruʒ in aere eſſe qui in meridie poſſunt domi nari vel diſſolui: ſi circa occaſuʒ refulſerit tonabit ⁊ leuiter pluet: ſi ab oꝛtu ſuſrexerit ſerena pꝛomittit. ¶ Circulus circe lunam qui balo dicitur ſi dela pſus fuerit equaliter ⁊ ſemetipſum euanuerit ſignificat aeris tranquillitateʒ cum in vna parte ruptus fuerit illinc ventus vnde ſcinditur: ſi in pluribus lo cis ruptus fuerit tempeſtatem in mari naute expectant.

## ¶ Tractatus ſeptimus de natiuitatibus

IN boc tractatu ſeptimo colligere de natiuitatibus intẽdo. Et pꝛimo de ſubito moꝛituris ſiue paruʒ victuris. Secundo de monſtris. Tercio de natis perfectis ⁊ eoꝛum vita ſubſtan tia ⁊ fratribus: ⁊ ſic per oꝛdineʒ ſecunduʒ domos. 12. ad que inuoco ſupliciter dei auxiliuʒ: quia iſte tranſitus eſt difficilis ⁊ fere incompꝛebenſibilis ſecunduʒ bominuʒ intellectũ con fiſus ergo de ipſo qui omnibus babundanter dat: ⁊ nulli impꝛoperat philo ſophoꝛuʒ: ſed de boc ſententias aggredior in ſuo nomine taliter oꝛdiendo.

2008 Ministerio de Cultura




NAtiuitas eſt exitus nati de vtero ſue matris. Cũ fuerit impeditũ luminare cuius eſt auctoritas vt ſolis ĩ die: lune in nocte: ⁊ gradus aſcẽdẽtis ⁊ receſſerit dñi luminariũ ab angulis: q tũc naſcitur cibũ nõ guſtabit: ⁊ hora mortis eius eſt cũ peruenerint luminaria ad malũ. ¶ Tres dñi triplicitatis aſcẽdẽtis cũ receſſerint ab angulis: ⁊ ſilr luminaria ⁊ eorũ dñi ⁊ ꝯiũctio vel preuẽtio que preceſſit natiuitatẽ nat⁹ nihil guſtabit vel mõſtrum erit. Mars ⁊ luna ſi fuerint ſimul in aſcẽdẽte ĩ natiuitate: ⁊ ſaturnus ĩ octaua natus de vtero matris nõ exibit viu⁹. Saturnus mars ⁊ luna ſi fuerint ſimul qui tũc naſcit̃ non viuet p. 2. horas. Si dñs aſcẽdentis eſt corruptus ⁊ mars eſt in octaua qui tunc naſcit̃ non viuet per menſem. Coniunctio ſolis ⁊ lune ſi fuerit in ſexta domo vel. 12. qui tũc naſcitur nõ viuet p annũ niſi iupiter vel venus fuerint ĩ. 11. Nam ſi alter ibi fuerit annum quartum natus intrabit ſed non complebit. Cum luna in natiuitate fuerit impedita cadentibus dominis triplicitatis aſcendentis etiam ſi cum hoc malus eſt in angulo natus parum viuet. ¶ Mars ⁊ luna ſi fuerint ſimul in medio celi: ⁊ dñs medij celi fuerit combuſtus vel in decurſione ſua mater ⁊ natus morietur ex illo partu ſi mars ſolus mater ſola. ¶ Cauda draconis quoto gradu in aſcendente fuerit tot annis qui cũ naſcitur cecus erit. Dominus quarti in octaua ſi fuerit mortem parturiẽtis innuit. Monſtruoſam figuram habebit qui naſcit̃ ſi tunc luminaria ſunt ab aſcendente cadentia ⁊ mali ſunt in angulis huius natiuitatis ⁊ ſi tũc naſcit̃ mõſtruoſus. Uide cõiunctionem vel preuẽtionẽ que preceſſit ⁊ loca luminariũ in hora natiuitatis ⁊ planetas diſpoſitores: q2 ſi planete eorum ⁊ locus lune vel aſcendentis eorũ omnia vel plura ſint ſicut dictũ eſt: figura erit monſtruoſa. Et ſi cum hoc luminaria fuerint in ſignis quadrupedibus vel feralibus: ⁊ fuerit in fortune in angulis nõ erit natus ex hominibus. Et ſi fortuna cũ luminaribus teſtimonium nõ habuerit: ſed eis infortune teſtificant̃ erit natus ex animalibus quib⁹ opus habẽt hoĩes vt ſunt galline porci boues capre ⁊ ſimilia que cum hoĩbus cõuerſant̃: erit tamen monſtruoſa eius figura. Et qualitas eius

2008 Ministerio de Cultura

ſcit ex figuris ſignoꝝ in quibus infortune ſteterũt que luminaria vel angu/los cõtinẽt. Et ſi fortuna nõ teſtificat alicui ꝑdictoꝝ locoꝝ nat⁹ nõ loquet: ꝛ ei⁹ forma veraciter mutabit ꝛ ꝑficit. Si vero iupit aut ven⁹ teſtificat nati ꝓprietas i q̃ fuerit illa mutatio erit vt honoret ꝛ ſublimet eo ꝙ eſt ex hac figura q̃ vocat armaſarip: ꝛ eſt figura ex venere ꝛ mercurio denoĩata ꝛ eſt ꝓprietas in anima per quaʒ anima viuit anteq̃ʒ fit vt ſiquis opinat eſſe mortuuʒ ꝛ illud ſit veruʒ: ꝛ ſi mercuri⁹ teſtificat natus erit interpretator ſomniorũ: ꝛ ex hoc victũ habebit erit tamẽ ſurdus ꝛ abſq̃ʒ dentibus in alijs conuenientis nature ꝛ ſubdolus ꝛ deceptor. ¶ Semen receptũ in vtero diſponit ſaturnus mẽſe primo ꝛ cõgelat. In ſecũdo iupiter ꝛ deus immittit ſpiritũ ꝛ accipit quoddã tempamentũ. In tercio mars ꝛ fit ſanguis. In quarto ſol ꝛ ĩponit deus vitaʒ ꝛ animat ꝛ ideo dat pars in yleg. In quinto venus ꝛ dat deus ſexũ. In ſexto mercurius ꝛ fit in eo lingua. In ſeptimo luna ꝛ perficit ꝛ tunc natus viuere poteſt. In octauo reddit ♄ ꝛ nõ viuet. In nouo ad ♃ ꝛ viuet.

De natis completis ꝛ victuris ita ꝓcede facta figura ad horã natiuitatis ꝛ equatis planetis: ꝛ debite collocatis. Loc⁹ lune i natiuitate fuit aſcẽdẽs gradus in ꝯceptiõe ꝛ loc⁹ lune in ꝯceptione fuit gradus aſcendẽs in natiuitate. Ad hui⁹ intelligẽtiã nota ꝙ triplex eſt mora ſeminis in vtero. Prima dicit minor ꝛ hʒ dies. 258. Secũda media ꝛ hʒ dies. 273. Tercia maior ꝛ hʒ dies. 288. His ꝑſcitis ꝯſidera lunã ipſa enĩ ſi eſt in pricipio dom⁹ ſeptime mora ſeminis fuit minor. Si in oriẽte eſt luna mora ſeminis in vtero fuit media. Si in fine domus ſexte mora fuit maior. Si ĩter occidẽs ꝛ oriẽs mora fuit maior q̃ʒ minor: ꝛ minor q̃ʒ media. Si inter oriẽs ꝛ occidẽs mora fuit maior q̃ʒ media: ꝛ minor q̃ʒ maior. Et vt ſcias exceſſuʒ diminutiõis vl' decremẽtuʒ ꝓcede ſic. ¶ Si luna eſt i ſuperiori medietate ſup terrã recipe gradus eq̃les q ſunt ab occidẽte in lunã ꝛ ipſos duplica ꝛ diuide. p. 24. ꝛ quot exit notat dies ꝛ quot remanet ſunt hore ꝛ quot habes adde more minori: ꝛ hoc totũ ſubtrahe radici lune cũ qua eq̃ſti lunã ad horã natiuitatis: ꝛ cũ radice. i. cuʒ tẽpore qd tũc habes equa lunã ꝛ videbis ꝙ locus lune in natiuitate fuit aſcẽdẽs in cõceptioe: ꝛ ꝙ locus lune in cõceptiõe fuit aſcẽdẽs in natiuitate. Et ſi locus lune in natiuitate eſt inter oriẽs ꝛ occidẽs. i. ſub terra accipe gradus q ſunt ab oriẽte i lunã ꝛ fac vt ſupra: ꝛ adde more medie ꝛ opare iterũ vt prius. Si aũt luna eſt in loco vnius de tribus moris ꝑciſe ꝛ tu moram que fuerit ſubtrahis radici cum qua in natiuitate lunã equaſti ꝛ cuʒ radice que remanet que eſt cõceptionis equas lunã inuenes ꝙ locus lune in natiuitate fuit aſcẽdẽs in cõceptione: ꝛ ꝙ locus lune in cõceptione eſt gradus qui aſcendit in natiuitate. ¶ Quoto gradu ꝑceſſit natiuitatem cõiũctio ſolis ꝛ lune vel preuentio: tot gradus ſigni erit angulus natiuitatis humane ꝛ nũq̃ʒ alterius animalis. Rimare naturã originis anteq̃ʒ indices: aliter enim de nobili: ꝛ aliter de ignboili iudicabis ꝛ remoue in omni iudicio illud

2008 Ministerio de Cultura

quod nõ poteſt recipere impreſſionẽ virtutis celi. Ex dñis triplicitatis aſcẽ
dẽtis ſcitur an natus ſit nutriendus. Et ex dñis hoc eſt nouene vitã nati ſci
mus. Forme quales aſcẽdũt in hora natiuitatis talis erit ille q̃ naſcit̃. Cum
fuerit mars in hora natiuitatis in aſcẽdẽte: natus habebit maculã turpeʒ in
facie: ſitr de ſaturno eſt. Aſcẽdẽs. faciũt. 5. gradus. ſup terrã ⁊ 25. ſub terra ſʒ
ptholomeũ: qꝛ per locũ lune in natiuitate habet̃ gradus aſcẽdẽs in cõceptio
ne: ⁊ ꝑ locũ lune in cõceptiõe habet̃ gradus aſcẽdẽs ĩ natiuitate: videt̃ mihi
vanũ gradũ aſcendẽtẽ q̃rere aliter. ¶ Aomar tñ ⁊ alcabiti' imitatores ptho
lomei querũt eũ ſic. Cõſtituta natiuitatis figura vident vtrũ natiuitas ſit cõ
iunctiõalis vel ꝑuẽtionalis: hoc eſt an fuerit ꝓpior ante natiuitatẽ cõiũctio
luminariũ vel oppoſitio eorum. Et de gradu cõiunctionis nõ eſt dubitatio.
Sed in gradu ꝑuẽtionis diuerſimode ſentiũt ſapiẽtes. Dorotheus dicit gra
dũ preuẽtionis illũ gradũ in quo eſt luna ĩ ꝑuẽtione. Ptholomeus dicit gra
duʒ preuẽtionis graduʒ illius luminaris quod in hora preuẽtionis eſt ſuper
terrã. Et ſi vnũ tũc ſit in oriẽte ⁊ alterũ in occidete: graduʒ ꝑuẽtionis dat il-
li qui eſt in oriẽte: tunc cõſiderãt quis planeta plus habet dignitatis hora na
tiuitatis in illo loco hũc equãt ad horã natiuitatis ⁊ vidẽt cui angulorum. ſ. me
dij celi vel aſcendentis eſt propior planeta ille in numero ſuorum graduum
⁊ cui propior eſt ſm̄ illum anguluʒ equant domos. Nunc quidem dixi eſſe
vanum in natiuitate certa aſcendens aliter querere q̃ʒ per locum lune in cõ-
ceptione. Sed quod dicit ptholomeus verum eſt ⁊ neceſſarium in natiuitate
non certa ſed per eſtimationẽ accepta. Quia natiuitas docet cõceptionem:
⁊ cõceptio docet natiuitateʒ ſm̄ modum qui dictus eſt. ¶ Nota ſigna conce
ptionis. Primũ eſt ꝙ capita mamillarũ ſint extenſa a calore proprio muta-
ta. Secundum eſt ꝙ oculi ſunt caui. Tercium ꝙ viſus mulieris ſit acutus.
Quartum ꝙ pupilla ſit clara. Quintũ ꝙ album in oculo ſit plenũ ⁊ ſpiſſum
Sextum ꝙ corpus ſit laxatum. ¶ Signa cõceptus maſculini ſunt hec. Pri-
mũ eſt venter plenus ⁊ rotundus pulcher obduratus. Secunduʒ color mã-
marum rubeus ſed hoc quãdoqʒ fallit. Terciũ color mulieris ſplendidus.
Quartũ lac inter digitos ſpiſſum ⁊ coagulatũ. Quintũ lac diſtillatũ ſup ſpe-
culũ ferreum in ſole poſitũ per ſpatium vnius hore collectuʒ vt margarita.
¶ De alijs futuris filijs ſic prenoſce ſi in capite iam nati vides coronam de
capillis alium ſignat naſcituruʒ: ⁊ ſi duas dic duos naſcituros ſimul. Item
in longitudine vmbilici ex parte matricis ſi ſunt nodi ⁊ ſpina poſt pariet ⁊
quod ſunt totidem pariet: ⁊ ſi nõ: nõ pariet plus. ¶ Signũ cõceptus femini
ni ſunt venter latus longus color fedus ⁊ macule mamille nigre: ſed hoc fal
lit lac ſine coagulatione ⁊ fluens ſuper ſpeculum ferreum. ¶ Mars ſi pre-
fuerit natus erit fetidus: ſi ſaturnus erit ſordidus. ¶ Omnis nat' cuius aſcẽ
dens non fuerit ſignum humanũ: nec dñs aſcẽdentis in humano: nõ aſſocia
bit̃ hominibus. ¶ Mores nati iudica per venerẽ ⁊ ſignũ eius in natiuitate
¶ Conuerſationẽ nati iudica per martẽ: quia eius eſt vis iraſcibilis. Sol eſt
origo virtutis vitalis. Luna naturalis. Saturnus retentiue. Jupiter creſci-
tiue. Mars iraſcibilis ⁊ attractiue. Uenus concupiſcibilis. Mercurius ra-

nota

nota

2008 Ministerio de Cultura

tionalis. Unde de his virtutibus iudica ſm proprios ſignificatores. ¶ Ma
ſculinus erit maſculus natꝰ ſi dñs orietalis faciei fuerit maſculinus ⁊ in ſigno
maſculino. Feminina erit femina ſi dñs orientalis faciei fuerit femininus
in ſigno feminino. Effeminatus erit uatus ſi dñs orientalis faciei eſt femini-
nus in maſculino. Uirago erit femina ſi dominus orientalis faciei maſculi-
nus fuerit in ſigno feminino. ¶ In natiuitatibꝰ viroꝝ ſi ſunt luminaria in ſi
gnis maſculinis actus eorum erunt maſculini. Sic in natiuitatibus femina-
rũ ſi luminaria ſint in ſignis femininis actus eorum erũt feminini. Et ſi econ
tra actus imoderati ⁊ innaturales erũt ⁊ mars ⁊ venus ſimiliter. Et hi duo
orientales faciũt ad maſculineitatẽ: ſaturnus addit immũdiciã: ⁊ mercurius
impetum delectationem ⁊ econtra. ¶ Longus erit ille cuius ſignificatores
ſunt in alto celorum: ⁊ aſcendentes in principijs ſignorũ ⁊ orientales in ſta-
tione ſecũda ⁊ in ſignis longarum aſcenſionum: ⁊ econtra erit breuis. Ma-
cilentus erit cuius aſcendentis ſignificatores non habent latitudinem a zo-
diaco: ⁊ ſi hñt latitudinẽ a zodiaco meridianam natus erit craſſus ⁊ agilis.
Si ſeptentrionalem erit pinguis ⁊ tardus. ¶ Ille qui facit aliquod opus in
ſtinctu naturali ſcire põt quis planeta dominiũ habuit in natiuitate ſua. Fi-
guratio lune cũ planetis hoc eſt aſpectus vel applicatio vel coniunctio facit
natũ moueri ad id quod ſignificat: cuꝫ ioue ad iuſticiã: cuꝫ marte ad impro-
bitatẽ: cum ſaturno ad pacientiã: cum venere ad amoreꝫ: cum mercurio ad
ſapientiã ⁊ diſcretionẽ ⁊ hoc ſm planetarũ fortitudinẽ vel debilitateꝫ. Cuꝫ
mali prefuerint aſcendenti: natus delectabitur in rebus inſipidis ⁊ amaris ⁊
quandoqꝫ infetidis. Cum prefuerint fortune natiuitatis: natus erit largus ⁊
diligens econtra horrẽdus. ¶ Cũ mercuriꝰ fuerit in altera domoruꝫ ſaturni
qui tunc naſcit̃ intelliget res medullitus dũmodo ſit fortis: ſi in domo mar-
tis erit pfidus ⁊ aſtutus ⁊ aries eſt fortior domus martis: ⁊ cuꝫ preeſt mercu
rius erit acutus ⁊ magis ad intelligẽdum audita q̃ꝫ ad inneniendum. ¶ Et ſi
natiuitas eſt diurna ⁊ eſt mercurius in domo altera ſaturni natus exercebit ſe
in ſcientijs. Statum cuiuſlibet quottidie per eum qui fuit almum in arie-
te iudica: Nunq̃ꝫ perdet ſenſuꝫ in cuius natiuitate luna vadit ad mercuriũ.
Famoſus erit vt rex: ⁊ nullus preteribit eius mandatũ: in cuius natiuitate iu
piter ⁊ luna ſunt in eodem gradu aſcendente ad augem ſuam. Fortiſſimus
erit in cuius natiuitate ſol eſt in medio celi ⁊ ſaturnus orientalis ab eo in ſi-
gno maſculino. In cuius natiuitate iupiter ⁊ venus fuerint vniti ſoli illiꝰ ver
ba recipientur vt ꝓphetia. Mars ⁊ venus vniti ſoli in dignitate venerris ver
ba nati recipi faciunt vt profetiam. ⁊c̃.

DE vita quidq̃d dr̃ domui prime iuſte appropriat̃. Naꝫ ipſa vi
ta ad domũ primã reducit̃. yleg ergo qui eſt dñs vite ⁊ ſtatus
ſic querat̃ aſpice ſolem lunaꝫ aſcendens partem fortune gra-
duꝫ coniunctionis vel preuentionis que propior preceſſit na
tiuitatẽ. ¶ Et primo ſoleꝫ ſi natiuitas eſt diurna. vide ergo ſi
ſol eſt in hora natiuitatis in domo prima vel. 10. vl̃. 11. ſiue ſit

2008 Ministerio de Cultura

in ſigno maſculino ſiue feminino ipſe eſt yleg in ſeptimo octauo ꝛ nono nõ eſt yleg ſol niſi fuerit in ſigno maſculino: ꝛ hoc intellige ĩ natiuitate diurna. Ita tñ ꝙ dñs domus termini vel exaltatiõis vel triplicitatis loci ſolis eũ a/ſpiciat. Nã aliter nõ erit yleg: tũc aſpice lunã que ſi eſt in angulo vel ſuccedẽti erit yleg ſi aliqs.4.pdictoꝝ eam aſpexerit ꝛ ſi non eſt yleg luna reſpice aſcendens quod ſi recipit a dño alicuius.4.dignitatũ erit yleg aſcendens: ꝛ ſi non aſpice partem fortune ſi eſt aſpecta vt prius: ꝛ ſi nec ipſa accipe gradum cõiunctionis que preceſſit porpior natiuitatẽ ꝛ hoc in die ꝛ in natiuitate cõiunctionali. ¶ In nocte luna ſoli pmittit: tunc aſpice lunã que ſi fuerit in aſcendente vel in ſecunda vel tercia aut in ſeptima aut octaua erit apta yleg ſiue maſculinum fuerit ſignum ſiue femininũ. Et ſi fuerit ante gradum aſcendentis per.5.gradus aut infra aut fuerit in quarto aut quinto ſigno feminino aptatur pro yleg. Si autem fuerit in aliquo horum locorũ in ſigno maſculino non erit apta, vt ſit yleg. In preuẽtionali gradus preuentionis accipit pro gradu cõiunctionis ꝛ gradũ partis fortune prepone gradui aſcendentis in natiuitate nocturna ꝛ conſidera vt prius. ¶ Et yleg interpretatur vxor ꝛ ſignificat vitam nati. Alchocoden interpretatur vir ꝛ eſt dator annorũ ꝛ ſignificator termini vite: ꝛ eſt ille qui proijcit radios ad yleg: dũmodo ſit loci dominus ad quem proijcit vel termini vel exaltationis vel triplicitatis. Et ſi plures aſpiciũt: elige illum pro alchocoden qui plures obtinet dignitates: ꝛ ſi cũ hoc aſpicit locũ fortior erit eius poteſtas pro alchocoden. Et ſi ſol eſt in leone vel ariete: ipe eſt yleg ꝛ alchocoden in die: in nocte luna ſi eſt in cancro vel thauro. ¶ Et cum vis ſcire ſtatum nati accipe pro vita ab aſcẽdentis gradu: a parte fortune pro ſtatu ſubſtantie: a ſole pro valentia ꝛ honore: a lune pro habitudine anime cum corpore: a medio celi pro magiſterio ꝛ opere. ¶ Diriges autem ab aſcendente ſic: recipe aſcenſiones gradus aſcendentis in climate nati: ꝛ pro quolibet anno adde gradũ vnum ꝛ vide dñm loci ad quem puenit extenſio: ꝛ magis dñm termini ꝛ ƀm illũ iudica tũc de ſtatu vite nati ꝛ obſerua quid eſt ibi corpore vel aſpectu. Verbigratia fuit in natiuitate aſcẽdẽs decimus gradus libre pfectus in climate ſeptimo huius loci aſcenſiones ſunt.193.gra.40.mĩ. volui ſcire quo peruenit directio poſt annos.50.addo gradus.50.ſuper aſcẽſiones dictas ꝛ fiunt.243.gradus.40.mĩ.qbus reſpondet de gradibus equalibus ſignoꝝ ſcorpionis gra.16.mi.20. ꝛ gradus iſti ſunt termini mercurij. Unde dixi ꝙ mercurius eſt diuiſor ꝛ diſponit per annũ qnquageſimũ primũ vitam nati. Item ſi aliquis ſignificator eſt in medio celi dirige eũ ſic: quot anni ſunt cõpleti totidẽ gradus adde de circulo recto ꝛ vbi hoc terminat ibi eſt directio a medio celi. Si ſignificator eſt in occidẽte dirige gradus nadir occidentis ꝛ quo puenit extenſio in illius oppoſito erit directio. Et ſignificator eſt in angulo terre operare p circulũ rectũ vt in medio celi ſup terrã. ¶ Si aũt ſignificator eſt inter mediũ celi ꝛ aſcendẽs quẽ vis dirigere vide per quod horas diſtat a medio celi ille quem vis dirigere: ad hoc ſciendũ minue circulum rectũ.i.aſcenſiones cir



2008 Ministerio de Cultura

culi recti mediȷ̈ celi: de circulo recto gradus ſignificatoris ⁊ quod remanet diuide per partes horarum gradus ſignificatoris ⁊ exeunt hore quas queſiuiſti tunc adde circulo recto ſignificatoris: tot gradus quot anni tranſierũt ideſt ad quot annos vis dirigere: ⁊ vide quo peruenit illa ſumma de circulo ſignorum ⁊ nota locum. Item adde tantundem ſuper aſcenſiones ſignificatoris in climate: ⁊ vide quo peruenit de circulo ſignorum: ⁊ nota locum tunc recipe differentiam inter loca extenſionum in circulo ſignorum ⁊ extrahe partem ſextam differentie: ⁊ ipſam multiplica per horas quas prius inueniſti: ⁊ productum adde loco ad quem peruenit extenſio in circulo recto ſi eſt maior vel minue ſi eſt minor: ⁊ quo ꝑuenit hoc ibi eſt directio ſignificatoris. Similiter fac ſi ſignificator eſt inter aſcendẽs ⁊ angulũ terre recipiendo differẽtiã circuli recti ſignificatoris ⁊ anguli terre: ⁊ diuide differẽtiaꝫ per partes hore gradus nadir ⁊ ſuper terrã per partes ꝓprias hore gradus ĩmedietate circuli deſcendẽte recipe aſcẽſiones gradus nadir immedietate aſcẽdẽte aſcenſiones proprias ⁊ aſcriptas ⁊ ſi vnus ſignator eſt in vna quarta ⁊ alius in alia primo dirige ad angulũ qui eſt ante ſignificatorẽ vt docui per circulũ rectũ vel per aſcẽſiones in climate. Inde ad locuꝫ illius ad queꝫ vis dirigere: vel ꝑ circulũ rectũ vel per aſcẽſiones in climate vt dixi: ⁊ iũge ambas directiones ⁊ ſcies tempus in quo peruenit directio ad illũ ad quem direxiſti: dando ſemper vni anno gradũ vnum: ⁊ ſm̃ hoc vni menſi cedunt 5. minuta ⁊. 6. diebus vnum minutũ ⁊. 5. diebus ⁊. 6. horis que ſunt in anno vltra. 360. dies accidũt vni minuto. 12. minuta hore. ¶ Eſt quoqꝫ alia directio ꝑ gradus equales pro ſtatu nati in ſingulis diebus: vt a ſignificatore ad locum circuli quicũqꝫ ſit ante ipſum pro die qualibet accipiunt. 59. minuta. ⁊. 8. ſecũda: ⁊ ſi hoc fiat ad aliquẽ aliũ certũ ſignatorẽ illum oportet habere plures gradus in ſigno in quo eſt ⁊ ſubtrahunt gradus equales primi a gradibus equalibus ſecũdi: ⁊ differentia diuidit ꝑ. 59. minuta ⁊. 8. ſecũda ⁊ quociẽs hec exeãt de differẽtia totidem dies habent in quibus ille ſignificator primus diſponit vitã nati ⁊ abinde ſignificator ſecundus ſimiliter dirigitur ad terciũ qui plus eſt gradibus: ⁊ iudicat vt prius. Et aduerte ꝙ ĩmedietate aſcendẽte que eſt a medio celi ſuper terrã vſqꝫ ad angulũ terre directo eſt in ante. i. ſꝫ ſucceſſionẽ ſignoꝝ ⁊ que eſt ĩmedietate alia ab angulo terre ad mediũ celi eſt retro quia nõ habet gradus deſcẽſionũ: ſed accipit gradus aſcenſionũ graduum oppoſitoꝝ. Nam ſic iſti deſcendũt ſicut illi aſcendũt. Unde directio immedietate deſcẽdentẽ cõtra ſucceſſionẽ ſignorũ. Et ſcias ꝙ partes ſemper dirigunt ⁊ cum directio fit ſm̃ ſucceſſionem ſignoꝝ tunc interfector vadit ad yleg: cum fit directio contra ſucceſſionẽ ſignoꝝ tũc yleg vadit ad interfectoreꝫ ſcꝫ ad gradũ occidẽtis: ⁊ ob hoc planete qui ſunt inter yleg ⁊ occidens non interficiunt ſcꝫ ad gradum occidentis: ſed tm̃ gradus occidentis interficit. ¶ In profectione ab aſcendente radicis: da cuilibet anno ſignũ vnuꝫ: ⁊ cedant cuilibet gradui dies. 12. hore. 4. minuta. 12. Et ſicut facis directiones ⁊ profectiones ab aſcendente pro vita ſimiliter fac pro ſub-

2008 Ministerio de Cultura

ſtantia a parte fortune: a ſole pro valentia ⁊ honore: a luna pro habitudine anime cum corpore: a medio celi pro magiſterio ⁊ opere: ⁊ vide qui planete vel ſtelle ſint in loco ad quem profectio peruenit: ⁊ qui illuc anno illo perueniūt corpore vel aſpectu: ⁊ iudica iuxta illud. ¶ Et planeta qui eſt dator annorum ſcilicet alchocoden ſi eſt in angulo ⁊ fortis alias dat annos ſuos maiores natos. In ſuccedentibus medios: in cadentibus minimos: ⁊ ſi eſt cōbuſtus vel retrogradus vel peregrinus vel in deſcenſione ſua pro annis ſignat menſes vel dies ⁊ ſi omnibus his vicijs corrumpitur: ſignat horas: ⁊ ſi datorem annoruꝫ reſpicit fortuna: nec retrograda nec combuſta: addit ſuos annos minores: ⁊ ſi retrograda vel combuſta pro annis tottidem addit menſes: ⁊ ſi mali eum aſpiciunt per □ vel ☍ aſpectum: vel ſunt ſecum in eodem ſigno: minuunt annos ſecundum numerum minorum annorum. Et ſi ☿ eſt cum fortunis addentibus dat annos minores: ⁊ cum malis ⁊ cum minuentibus minuit tantundem. ¶ Quit naſcitur in capite ♈ erit malus fratribus aduerſitatibus plenus: callidus: iracundus: ⁊ pre ira oculos caliginoſos habebit: femina ſimiliter in capite. Et in fine ♈ erit bonus in omnibus vir fortis laudabilis amabilis ſine ira nigri coloris: ⁊ femina ſimiliter. ¶ In fine ♉ vilis pauper. ¶ In ♊ per totum bonus ſed ſterilis ⁊ iratus: coloris etiam ſanguinei. ¶ In ♋ totus bonus femina caſta guttur eius ex abundantia humoris nodatur. ¶ ♌ totus bonus fortis ſapiens iracundus dedecus ſibi faciētibus: femina virilis. ¶ ♍ in omnibus bona vir caſtus amabilis: femina caſta bona humilis diues boni moris pre omnibus prediciis. ¶ Caput ♎ malum in omnibus: vir fallax traditor ad omnia malus: femina luxurioſa ⁊ in omnibus peſſima: finis ♎ bonus. ¶ Caput ♏ bonum: in medio malus anguſtioſus: in fine luxurioſus homicida: femina mala erit ⁊ meretrix. ¶ Caput ♐ bonum: femina morietur partu vel ſanguine vel in aqua: ſimiliter ĩ fine. ¶ ♑ totus bonus: femina meretrix. ¶ Caput ♒ in medio bonus: in fine vir vilis: femina meretrix. ¶ ♓ mediocris: vir pauper: filiorum multorum voce parua vilicus vel paraliticus.

Serue per il Lotto
Guarda per il Gioco del Lotto

| Signa | Anni. | Menſes. | Dies. | Dies. | Hora. |
|---|---|---|---|---|---|
| Aries | 15 | 15 | 37 | 3 | 3 |
| Thaurus | 8 | 8 | 200 | 1 | 15 |
| Gemini | 20 | 20 | 50 | 4 | 4 |
| Cancer | 25 | 25 | 62 | 5 | 1 |
| Leo | 19 | 19 | 47 | 3 | 23 |
| Virgo | 20 | 20 | 50 | 3 | 4 |
| Libra | 8 | 8 | 20 | 1 | 16 |
| Scorpius | 15 | 15 | 39 | 3 | 3 |
| Sagittarius | 12 | 12 | 30 | 2 | 12 |
| Capricornus | 27 | 27 | 67 | 5 | 15 |
| Aquarius | 30 | 30 | 75 | 6 | 0 |
| Piſces | 12 | 12 | 30 | 2 | 12 |



:2008 Ministerio de Cultura

¶Scitis annis nati quos habuit per alkocoden ⁊ per additionem vide di-
rectionem yleg: que cum peruenit ad loca malorum in natiuitate vel ad ma-
los aſpect' eorum ⁊ nõ fuerint ibi fortune vel aſpexerit benigne morietur natus.
Et aduerte ad idem cum in principijs annorum ſubſequentiũ loca obuiatiõis
fuerint ĩfortunata: ⁊ loca ſtellarum impediũt loca dñantia: qđ ex hoc ſequitur
mors eſt: ſi alteruz horuz fuerit habebit natus periculũ ſimile morti: Et loca
dñantia ſunt ☉ ⁊ ☽ aſcẽdẽtis partis fortune ⁊ medij celi ⁊ diuerſitas in aſpe-
ctibus in latitudine aſpiciẽtiũ minuit quod ſignificat. Interfectores ſunt. 18.
♄ ♂ ☉ per □ ⁊ oppoſitũ: ☽ per □ ⁊ oppoſitũ aſpectũ: ☽ in gradu aſcẽden-
tis cũ eſt yleg loca nebuloſa: loca tenebroſa corda ſignorum ☊ ⁊ ☋. ☿ per □ ⁊
oppoſitũ aſpectũ: gradus domus ſeptime gradus ☌ vel preuẽtionis. Come-
ta ⁊ ſit diuerſitas cõiunctionũ propter diuerſitatẽ ſignificatorum. Et aſtrologus
mortẽ preſcitã nõ poteſt auertere. ¶Forma corpis ⁊ figura ſcitur per aſcẽdẽs



⁊ planetas q ſunt ibi dñantes ⁊
fortiores ⁊ plures teſtimonij ⁊ p
eſſe ☽: qr ex natura horũ dñorũ:
⁊ ibi dñantiũ planetarũ: ⁊ illorũ
cõmixtiõe: ⁊ ſtellarum fixarum que cũ
eis aſcẽdũt: ſcitur illud ⁊ magis for-
tes cũ dñantur diſpoſitiõi corpis: ⁊
adiuuat illis: qualitas propria loci
illius. Particulariter autem ſci-
tur diſpoſitio corporis nati ſic.
¶Saturnus cuz fuerit oriẽtalis
⁊ ſolus diſpoſitor natus erit colo-
ris mellini mediocriter craſſus:
pili nigri ĩ capite criſpi: ĩ pectore
ſpiſſi: oculi mediocres: corp' tem-
perate magnũ: ⁊ vicit ĩ corpis cõ-
plexiõe humiditas. Si occidẽta-
lis erit ſubniger: macillent' parui
corpis: plãis ⁊ raris capillis: apte
coadũatiõis: ⁊ vicet ĩ eo ſiccitas.
¶Iupiter cum fuerit diſpoſitor
dictorum locorum et orientalis:
erit natus albus medie capillatu-
re ⁊ ſimiliter oculi: apte ſtature: qn-
titatis moderate: calor ⁊ humidi-
tas preualẽt. Si occidentalis erit
albus non ſic apte vt prius: capil-
lis planis: caluus in fronte oculi



mediocres: ⁊ corpus mediocre: vincet in complexione humiditas.

2008 Ministerio de Cultura



¶ Cum ♂ orientalis natus erit albus ⁊ rubeus: bone quantitatis ydonee carneitatis: oculi varij: capilli ſpiſſi mediocriter: vincet in eo calor ⁊ ſiccitas. Si occidentalis rubeus tantum erit: corporis moderati: paruis oculis: capillis raris planis ⁊ flauis: in complexione ſiccitas vincet.



¶ Veneris opera ♃ operibus aſſimilantur: ſed ipſa facit pulchriora ⁊ quaſi pulchritudine muliebris melioris figure: et conuenientioris qualitatis anime ⁊ corporis mollioris: et dat oculos ſubrufos ⁊ ydoneos.



¶ Mercurius dat colorez metallium: corpus moderatū: aptam adunationez: paruos oculos capillos mediocres: calor preualet ⁊ ita ſi eſt orientalis. Si occidentalis erit ſub niger crocei coloris cōmuniter macillētus: vocis exilis comis orbatus ⁊ pupilla ē vt capre declinans ad rubedinē: ſiccitas preualet. ¶ Sol quoqꝫ ⁊ ☽ adiuuāt quemlibet iſtorum cuꝫ eis aſſociant in figura. ☉ quidez in figura ⁊ pulcritudine ⁊ pigue dine. ☽ intemperie ⁊ macie vel



2008 Ministerio de Cultura

humiditate ⁊ maxime cum ab eo ſeparatur. Particulariter autẽ ſeparatur ſecundum proprietatem luminis ſui: ⁊ ☉ ⁊ ☽ cum diſponunt dant quod eſt temperantius illius regionis. ¶ Stelle orientales ⁊ apparentes vniuerſaliter dant corpora magna: ⁊ in ſtatione prima dant vigorem ⁊ temperant in ſecunda debiliora: cum occidunt miſeriam ⁊ impedimẽta: ⁊ ipſa loca in quibus ſunt nati formam ⁊ figuram ⁊ complexionem notant. ¶ Uniuerſaliter natus inter equinoctium vernale ⁊ ſolſticium eſtiuale fit boni coloris: ſtature conuenientis: bonorum oculorum: vincet in eo caliditas ⁊ humiditas. Qui inter ſolſticium eſtiuale ⁊ equinoctium autumnale temporatum ⁊ mediocrem habebit corporis quantitatem ⁊ carneitatem: oculos grandes ſpiſſos capillos ⁊ criſpos: vincet in eo calor ⁊ ſiccitas. In tercia quarta datur color mellinus macies vox gracilis: ſpatule ample: capilli mediocres: oculi apti: frigiditas ⁊ ſiccitas vincẽt. In vltima quarta niger color: temperata quãtitas: plani capilli ⁊ rari: apta coadunatio: vincet frigiditas ⁊ ſiccitas. ¶ Itẽ particulariter ſigna figurarum humanarum ⁊ figure intra circulum ſignorum ⁊ extra corpora faciunt temperata: que non ſunt huiuſmodi membra ſibi faciunt equaliter aſſimilata. vel ad magnitudinem paruitatem fortitudinem debilitatem: conuenientem vel inconuenientem coadunationem faciunt. Magna. ♌ ♍ ♐. Parua ♓ ♏ ♑. Et ♈ ♉ ⁊ ♌ inicia ad pinguedinem faciunt: extrema ad maciem. In ♐ ⁊ ♊ ⁊ ♏ principium ad maciem: illorum extrema ad pinguedinem. Item ♍ ♎ ♐ ad bonam coadunationem ♏ ♓ ⁊ ♉ contrarium: ⁊ cum his figure alie obſeruentur ⁊ inter ſe comparentur ⁊ ſcientur corporum proprietates ⁊ complexiones ex illis.



2008 Ministerio de Cultura

SAturnus ſi fuerit dominus nati facit eum nigrum:infirmitate notatum: turpiter indutum ⁊ euntem:tempora notata:leuiter iraſcentem:turpem:cum rara barba:grauem: pigrum ⁊ raro ⁊ vix ridentem:coloris glauci:cum pilis aſperis ⁊ multis:cum mala facie:ſemper artem dat grauem vt laborare ortos vineas terras ⁊ alia cum labore.



IUpiter pulcrum aſpectum: craſſa facie:amabilem: planis capillis:boneſtum:oculis pulcris:duos dentes ſuperiores maiores:religioſum:mature incedentem:compendium loquendi graues nequit ferre labores: amat leues vt tabulam cambeat aut vendat:pannos laborat pulcros cum acu : bene ſcribit ⁊ ſtudet: ⁊ ſi totus eſt ſuper terram in natiuitate oratorem facit.



2008 Ministerio de Cultura



Mars hominem facit curuum brunum: grana rubeã per facie z raris pilis in barba vt ſpadones: ſciſmaticum: ferrarium: furnarium: oculos paruos: dentes curuos: ſuſpicioſum: rubeum ſemper iocundum.



2008 Ministerio de Cultura

SOl carne plenum:pulcre faciei: oculos quandoqꝫ magnos: faciem albi coloris mixti citrino:plenam barbam:in ſeruicio magnorum conſiliarſum:artificem ciuitatum: ⁊ prouincia/rum principem: groſſam vocem ⁊ ineptam: acutos oculos: ſuſpicioſum:ſignum in facie:vſtionem in corpore:fidelem in ſeruicio domini durationem querere.Si ☉ parum aſcendit aurifabrū ita ſi eſt orientalis in erectione ſua laborabit aurū:ſi eſt in caſu:es.



VEnus candidū de facie:ſtudioſum:capillis pulcris: ludentem inſtrumentis:docentem cantus: aromatibus delectantem:curuū naſum:ſignatum in facie:labijs inferius ore groſſius pilos extenſos:amantem cantus:magiſtrum muliebrium ornamentorum vt ſunt annuli ⁊ ſimilia.

2008 Ministerio de Cultura



Mercuriꝰ mediocris ſtatꝰ: ocul' ꝑuis magno naſu: acgrētez amicos de fa
cili ⁊ ꝑdentē leuis animi: raris pilis ī barba: ſubtiliū labioꝝ: capillis ex
tēſis macillētuz curuū dētibꝰ vulneratū cū vbere vel ferro ī oꝛe celerē
fricātez terrā cū pedibꝰ: ſcriptoꝛē ſtudioſuz: numeri ſciētiā leuiter habentē:
⁊ erit cancellarius vel aliquid huiuſmodi.



2008 Ministerio de Cultura

LUna hominem nullius ſeruicij: diſcurrentem: facie rotunda ſtature grandis: pellem craſſem: oculos eminentes in oculis vicio non carentem: barbaȝ prolixaȝ: maculas in facie. Pinguem a luna prima vſqȝ ad quindecimam: album ⁊ macilentum a quindecima ad triceſimam ⁊ facit locantes alijs ferentes vt mel oleum ficus ⁊ huiuſmodi.




DE domo ſecunda vide in natiuitate ſi dominus aſcendentis ⁊ luna ſunt in angulis ⁊ vterqȝ iungitur planetis in angulis vel dominis angulorum vt ſi iunguntur domino aſcendētis luminaria ⁊ dominis angulorum ⁊ ſi ſit dominus aſcendentis receptus in angulo qui naſcitur altus erit ⁊ ſic permanebit. Si econtra fuerit naſcitur miſer ⁊ ſic permanebit. Si dominus aſcendentis ⁊ luna ⁊ ſol ⁊ domini angulorum ſunt in angulis: ⁊ iunguntur planetis cadentibus ⁊ planetis malis: ⁊ mali ſunt domini dominorum cadentium: natus altus naſcitur ⁊ in miſeriam redigetur ⁊ quoniam in ſeruitutem. Si dominus aſcendentis luna ⁊ ſol ſunt cadentes vel in deſcenſionibus ſuis ⁊ iuncti fuerint fortunis in angulis: aut malis qui eos recipiēt in angulis ⁊ ipſi ſunt domini angulorum naſcitur miſer ⁊ erit altus. ¶ Et luna ſi proficiſcitur de motu minori ad maiorem vel de medio natus ſublimetur ⁊ econtra. Luna ad quem proficiſcitur primo in natiuitate nati ſignat dignitatem. Luna cum nulli iungitur ⁊ a nullo ſeparatur: natus tūc erit excitatio deſerti ⁊ in loco nullo eſt deterius.

2008 Ministerio de Cultura




PRoſperitatem vel aduerſitatem nati ſecundum ptholomeum cognoſce ſic: cōſidera quatuor ſolem aſcendens lunaz ⁊ partem fortune: ⁊ vt ſol ſe habet ad aſcendens ita luna ad partem fortune: ⁊ vt aſcendētis eſt corpus qꝛ per ipſum ſcio eſſe corporis ita partis fortune que eſt aſcendens lune eſt ſubſtātia: ⁊ per ipſaz ſcio ſubſtantiam nati ſcilicet per locum eius ⁊ dominum ⁊ eſſe illius ⁊ aliorum planetarū habitudinez ad hec ⁊ per ſtellas ſignuz in quod cadit pars fortune ⁊ teſtificationem ⁊ participationem illorum inter ſe in aliqua poteſtate ⁊ aſſociationem in figura per coniunctionem vel aſpectum. Saturnus enim per ſe dominus partis fortune ſignificat peruenire diuicias edificationibus agriculturis vel nauigationibus. Jupiter ex commendationibus vel baiulis vel probitate. Mars per dn̄im exercitum ⁊ regnum. Venus mulieribus. Mercurius per induſtriam mercationis. Et ſi ſaturno iupiter aſſocietur exiſtens dominus partis fortune vel ſit receptio: ditabitur ex hereditatibus ſicut enim tunc iungeť malus ⁊ bonus: ita in ſucceſſionem hereditatis mortuo euenit malū ⁊ ſuccedenti bonuz. Si mars cum ſaturno ſic fuerit ⁊ ſit de volūtate nati ꝙ ſit latro ⁊ de magiſterio ꝙ ſit ductor militū ⁊ erit natus abſciſor viarum: ⁊ per vim rapiet aliena: ⁊ ſi vult eſſe iuſtus ⁊ de magiſterio ꝙ ſit medicus erit cyrurgicus. Et ꝙ ſaturnus cum iouis cōmixtione facit erit malum cum in altis angulis iupiter fuerit. i. aſcendente medio celi ⁊ ſeptimo: aut cum luna ictiſal habuerit: hoc ſignificat ꝙ extraneorum bona hereditabit: ⁊ cum ſtelle que ſunt de hayz ſtellarū diſpoſitionē habētiū eis teſtificātur nati poſſeſſio ſalua manebit apud ipſum: ⁊ ſi de hayz contraria ſuper loca auctoritatū eleuent vel ad ea ſubſequentes eant amiſſionez ſubſtantie deſignabunt: tempus autez euentus ex aſpectibus ſtellarum deprehenditur ad angulos vel ad loca aſcendentia. ¶ Ductoriam planetarum aduerte que eſt vt planete ſuperiores a ſole ſint orientales a ſole in die: ⁊ inferiores ſint in nocte occidentales a luna: ⁊ ſint cum hoc in domibus ſuis vel exaltationibus ſol ⁊ luna ſimiliter ⁊ fuerint in angulis ⁊ ſe aſpexerint: natus erit

2008 Ministerio de Cultura

nocte vt ſol in die. Pre oībus aptētur aſcēdēs ⁊ luna eorum dn̄i: q̄r melius eſt
corpus ⁊ aīal cuſtodire quā rē quācūq̄ perficere. Luna dicta ſilis motui ſa-
turni ſignāt tarditatē ⁊ difficultatē. ſi oportet aliq̄d incipere ⁊ luna eſt infortu
nata: ſit fortunās dn̄s aſcendētis liber in eſſe ⁊ ſi recipit lunā melius eſt. Cauē-
dum eſt a cōiūctione maloꝝ ne ſit cū aliquo ſignificatore in eodē ſigno nec in
oppoſito nec in quarto: ex trino vel ſextili nō impediunt ⁊ ſm̄ mezabali fiunt
fortune ſi ſit aliqua receptio inter ipſos. Mali non ſint cum bonis a quibus ac
cipimus ſignificatores aut ſignificatiōes nec in quarto nec ī oppoſito nec ī car
cere eoꝝ. Significatores nō cadāt nō ſint debiles: caueatur multū ab eclypſi
hora cōiūctionis ⁊ ſi fuerit in ſigno in quo fuūt luminaria ī natiuitate eius cui
eligim⁹. Nō ſit luna ſub radijs nec aliter impedita: non ſit ſtella de natura ma-
lorum in gradu aſcēdēte vel medij celi vel dn̄s rei eligēde. Nō ſit ſignificator
iunctus ſoli niſi ſit vnitus ei. Nō ſit ſignificator ī quarto vel oppoſito aſpectu
ſolis: ſi tn̄ eſt receptio inter eos erit leuius: modicū tn̄ oppoſitus dat ſemꝑ iur
gia ⁊ cōtrarietates. Nō ſint mali ī angulo maxime in aſcēdente vel ī .10. ⁊ ma-
xime ſi fuerint mali dn̄i ſigni ſignificātis malū vt ē ſextū ⁊ octauū tūc enī ſignāt
hoc q̄d ſignāt domini eaꝝ. Nō ſit aſcēdens ſignū q̄d fuerit impeditū ī reuolu-
tione anni eiuſdem. Nō ſit luna tardior ī eo q̄d cito volum⁹ fieri: tūc enim dila
tat ⁊ rem facit difficilē niſi ſint veloces plures ſignificatores. Remoue ſigna
mobilia in durabilibus: nō ſint anguli in remotione cadēte q̄d eſt: cū nonum
ſm̄ numerū ſit decimū ſm̄ equationem: ſed ſm̄ accidentē cū ex vndecimo ſit
decimū ⁊ hoc valet in rebus quas ꝑpetuo durare volumus. Nō ſit dn̄s aſcen-
dentis nec dn̄s rei: nec planeta ſignificans rem: nec dn̄s domus lune: nec pla-
neta cui luna iungitur in ſenio ꝙ eſt cū fuerit prope ſolem occidēs in veſpere.
Sed procul a ſole non nocet niſi quia ſignificat tarditatem ſed prope in mun-

2008 Ministerio de Cultura

diciam. Item cum neceſſe fuerit aliquid incipere in horis laudabilibus ⁊ lu-
na iungitur marti ⁊ ſaturno ⁊ ſi res ſignificant a fortunis incipe ſub ipſis ⁊ cō
miſſe aliquid de natura mali. Mali recepti ſunt meliores q̄z eſſe poſſunt ⁊ pe
iores cum ſunt horribiles.




In manifeſtādis apta vt ſit aſcēdēs in aſpectu ſolis ⁊ ſol bonos aſpiciēs. Aſcēdēs ⁊ ☽ in aſpectu bono ⁊ luminaria ſe aſpiciant aſpectu bono: ⁊ ſi ſic res non poterit occultari tunc fugiens capietur. Sed ſi aſpect' fuerit malus etiam deteget. Sed non vt oportet: ſignificatoreſ etiā ſup terraz detegunt. ¶ Ad occultandum ſit dn̄s aſcēdētis ⁊ lūa ſub terra ⁊ alter ſub radijs: aut luminaria cadentia ab aſcendente: nō aſpiciētia ſe. Cuz luna eſt in eodem gradu cuz ſole ⁊ ven' in aſcēdente iter inceptum ⁊ abſcōſuz a nullo ſciet. Angulus quarte plus occultat ⁊ decimi magis reuelat. ¶ In occultatione ſi eſt dominus aſcendentis malus ſequetur inde multum malum ⁊ maxime ſi luminaria fuerint impedita fortior occultatio eſt cum ſignificatores incorporantur ſoli. ¶ In clādeſtinis luna ſit ſub radijs non intrans ſed exiens dominus coniunctionis vel preuentionis cum fuerit in angu queſite perficitur res ⁊ cum ſole aliquid occultat cum dominus coniunctionis vel preuentionis eſt in angulo nō poterit occultari. Cum aſpicit ſignificator aſcendens erit occultum de ſubſtantia ſignificatoris ſi non aſpicit erit de ſubſtantia aſcendentis. Et dominus hore ſignificat colorem: luna ſimiliter terram nouiter defoſſam: ſub terra dudum: pars fortune ⁊ dominus eius an ſit breuis an longa: dominus termini quarte vel decime ille ſcilicet qui eſt in angulo ⁊ dominus gradus termini lune naturam rei occulte. ¶ Nullum edificium eleuabitur cuius ſignificatores iuncti fuerint planete exiſtenti ſub terra. Reſpice ſtellas in conſtructione vrbium: ⁊ planetas in compoſitione domorum. ¶ Martis impedimentum minuitur in nauibus cum non eſt in decima vel vndecima cum enim ibi fuerit perditur quicquid in naui fuerit per piratas. Et ſi cum hoc vna ſtella de cordibus ſignorum in aſcendente fuerit cōburet nauis ⁊ quicquid in ea eſt. ¶ Domus cito corruet in cuius initio eſt meridiana in latitudine in ſcorpione vel in piſcibus. Cum fortune dominant in radicibus non curētur mala que ſequnt ſi cum ſequentia ſunt laudabilia

2008 Ministerio de Cultura

duplicatꝫ perſona. Item incipe in horis dominij iouis ⁊ veneris ⁊ ſolis. ¶ De
biliteꝫ dñs ſeptimi cū volumus ire venatu m vel ad preliū: nūquā debilitātur
a lumine in natitate vel in reuolutione. ¶ In reguꝫ electione apta ſoleꝫ ⁊ .10.
⁊ eius dñm: ſcribis mercuriū: pugilibꝰ ⁊ ferrarijs ⁊ carnificibꝰ martē iudicibꝰ:
⁊ mercatoribꝰ iouē. mulieribꝰ ⁊ arabibꝰ venerē: ſaturnū ſenibus ⁊ agricolis ⁊
iudeis. Et plurimū genus ⁊ terre ſecte ⁊ operis ſignū maſculinum ⁊ horas di
urnas maſculinis femininis ecōtra. ¶ Pro emēdis ſeruis ⁊ aīalibꝰ qꝫ ſūt ſubſtā
tie: apta ſecūdū ſignū ⁊ dñm eius: pro tinctura rubei martē: pro viridi iouem:
pro liuido ſaturnū: pro citrino ſolē: ꝑ albo venerē: ꝑ vario mercuriū: ꝑ colo-
re argenti lunam: Oēs hore adurant que ſunt ſolis quas expoſui in tractatu
quarto de introductorijs qꝫ male ſunt vita earū. ¶ Si natiuitas eſt nota pone
almutā natitatis in angulo vel ſuccedēti electionis ⁊ melius eſt ſuper terram
⁊ ſit liber a malis ⁊ iunctus fortibꝰ fortunatis ꝙ ſi fuerit malus ponaꝫ in ſuc-
cedenti ne poſitus in angulo deſtruat rem. Et meliꝰ eſt ſi dñs reuolutionis ⁊
dñs partis fortune ⁊ dñs profectionis ⁊ dñs orbis aut natiuitatis almutam
obſeruent. Item aſcendēs radicis ſit aſcēdens electionis vel mediū celi libe-
rū a malis ⁊ meliꝰ eſt ſi eſt ibi fortuna vel aſpicit aſcēdēs benigne. Si nō poteſt
illud fieri ſit ſignū quintū vndecimū ſue reuolutionis vel ꝑfectiōis vel ſignū
partis fortune radicis vel reuolutionis ita tamen ꝙ ſit libera malis. Iteꝫ po-
ne domū rei in natiuitate vel reuolutiōe aſcendens in electione: ⁊ luna aſpi-
ciat aſcendens ⁊ non aſpiciat malus: ⁊ ſi malus aſpicit ⁊ natiuitatis dñs non
fuerit non impedit ⁊ talis rei perfectio erit valde bona. Nequaquam ſit aſcen
dens electionis domus infirmitatuꝫ in radice nec mortis nec inimicoruꝫ. Sit
dñs aſcendentis electionis in bono loco ab aſcendēte radicis idem facias de
aſcendente reuolutionis ſi pōt fieri ⁊ de ſigno ꝑfectionis ⁊ loci partis fortu-
ne ⁊ magis partis fortune in radice natiuitatis fortitudo ſignificatur ⁊ aſpe-
ctus ſiḡtoruꝫ fortunarū anullāt omne malū. Si dñs aſcendentis natiuitatis
vel reuolutionis vel electionis eſt in domo rei in natiuitate vel reuolutione
vel electione res perficiꝫ cū labore eligentis: ⁊ ſi econuerſo ſine labore ſi tamē
ſit fortis ⁊ liber a malis. Si dñi duoꝝ locoꝝ aſpiciunt ſe benigne bonum eſt:
⁊ magis ſi coniunguntur: ⁊ maxime ſi eſt receptio inter eos. Item ſi in natiui-
tate ſignificatū eſt nato malū anno tali non incipiat opus grande in anno illo
maxime ꝙ pertinet ad illud malum ſignificatū. Sed ſi oportet incipere pona
tur ſignificator mali cadens ⁊ aptemus aſcendens quantū poſſimus ⁊ dñm fi-
nis rei ⁊ eorum dños ⁊ fortuna ponatur in loco in quo fuit ille malus in radi-
ce vel radij fortune vel ſaltem remoueātur mali ab angulis ⁊ ſpecialiter ſigni
ficator mali. Si natiuitas ſiḡt optationeꝫ illius rei in hora illa res ꝑficiꝫ etiam
ſi non ſit electio perfecte bona. Mala ſignificata in natiuitatibus quandoqꝫ
minuunꝫ quandoqꝫ in toto tollūnꝫ etiaꝫ ſm omnes aſtrologos ⁊ ob hoc erat
neceſſe cognoſcere natiuitates. Itē ſi neſcis aſcendens natiuitatis pone aſcen
dens reuolutionis anni mundi. Cum etiam aliqḋ magni in bonis euenit ali-
cui aſcendens tunc poniꝫ aſcendēs illius. Item cum fortis eſt planeta ſi eue-

2008 Ministerio de Cultura

nit alicui bonū ponit ille illius planeta. Similiter de regionibus ⁊ ciuitatibus ⁊ cum eſt debilis malum: vnde oportet vti in fortunis in electionibus ſicut periti medici vtant̃ venenoſis ſm̄ cōpetentē quantitatē. ¶ Nō eligas niſi illi cuius patuerit tibi intētio in nã rei cui eligis ⁊ niſi finē intentionis in illa ſcieris ⁊ compara q̄ eſt inter virtutē ſpericā ⁊ tuā experientiā ⁊ ſimiliter fac in omnibus. ¶ In curſu equoꝝ quo egredit̃ domū ſuā cuius dominus hore eſt i aſcēdente erit primus: ſi dn̄s hore eſt in decimo erit ſecundus: ſi in ſeptimo veniet inter primū ⁊ vltimū: in quarto erit vltimus: ⁊ ſi dominus hore eſt in loco caſus ille quem ſignificat precipitiū patiet̃: ⁊ ſit luna in ſigno vel in medio libre ⁊ ſic conſulit alkindus. Etas eius ſcitur per dn̄m duodecime ſi orientalis duos dentes mutauit: ſi occidentalis omnes. ¶ Pro ludo exi domum tuam ſub ſigno mobili ⁊ nequaquā ſub fixo: ⁊ ſit luna iuncta marti ex trino ⁊ non ſaturno ⁊ facies tua ⁊ pectus contra lunam ⁊ luna ſit ſuper terram.

Cum vis facere imaginem alicui pro ſanitate vel egritudine fortunentur vel infortunentur hec: aſcendens ⁊ dn̄s eius: ⁊ dn̄s domus dn̄i aſcendētis: luna ⁊ dn̄s eius decimū ⁊ dn̄s eius: dn̄s octaui dn̄s hore. Inſcribuntur: hec nomen rei: nomen aſcendentis: nomē dn̄i aſcendentis: nomen dn̄i diei: nomen dn̄i hore: pars bonorum vel malorum ideſt dn̄s partis. Dicitur q̄ intendit imago reponitur vel ſepelitur vt ſupra: medium celi ſi ſit ad fortunandum hominem portet eam ſecum vel reponet eam in domo ſub aſcendente fortunato fortunio forti. Similiter fac in loci fortunatione vel deſtructione regionis. ¶ Pro ſubſtantia faciliter acqrenda fortunetur aſcendens ⁊ dn̄s eius: ſecundum ⁊ dn̄s eius: dn̄s ſecundi ſit in retrogradatione cū domino primi: dn̄s ſecunde ſit inobedientie dominus prime tu imperanti decimum ⁊ dn̄s eius: octauū ⁊ dn̄s eius: vndecimuꝫ ⁊ dominus eius: luna ⁊ dn̄s eius: pars fortune ſit in primo vel vndecimo. ¶ Pro habenda re optata vel recuperanda re perdita: due fiant imagines: prima fiat ſub aſcendente illius qui rem petit vel repetit ſm̄ natiuitatem vel interrogationem ⁊ fortunet̃ aſcendēs ⁊ dn̄s eius: aſcendēs ⁊ dn̄s eius aptetur in fortitudine ⁊ fortuna ita vt etiam ponatur in ſigno imperanti ⁊ ponatur in coniunctione vel bono aſpectu cum receptione ſignificatoris illius qui rem tunc tenet vel detinet: ⁊ dicatur q̄ intēdit̃ vt ſi rex decimi ſi pater quarti: ſi frater tertij ⁊ ſic de alijs. Et nominetur imago noīe famoſo illius pro quo facta eſt ⁊ cū perfecta eſt inſcribatur nomen rei: nomē aſcendētis: nomen dn̄i aſcendentis: nomen dn̄i diei: nomen dn̄i rei: ⁊ nomen dn̄i hore. Secunda fiet ſub aſcendēte illius qui rem tenet aut detinet ⁊ fortunetur aſcēdēs ⁊ aptet̃ dominus eius n fortitudine ⁊ fortuna excepto q̄ ponatur in ſigno obedienti ⁊ ponat̃ in cōiunctione vel bono aſpectu cum receptione ſignificatoris imaginis prime ⁊ dicatur q̄ intēdit̃ ⁊ nominetur imago nomine famoſo illius pro quo facta eſt cum perfecta eſt inſcribat̃ nomē rei: nomen aſcendētis: nomē dn̄i aſcendētis nomen dn̄i diei: ⁊ nomen dn̄i hore: ⁊ cum ambe ſunt perfecte ponant̃ ambe

2008 Ministerio de Cultura

cum domino imaginis prime. ¶ Pro fortunatione loci ⁊ eius deſtructione procede ſicut habes ſupra de ſanitate ⁊ infirmitate hoc addito vt in bonis ponas dñm hore bonũ planetaꝝ ⁊ ꝙ ille ſit in bona habitudine: ĩ malis v̂o malũ planetam ⁊ ſpecialiter ſaturnum ita ꝙ infortunes eum. ¶ Pro honore habẽdo fortunetur aſcẽdens ⁊ dñs eius: dñs decime ſit in receptione cum dño prime pars fortune ſit in decimo vel vndecimo. ¶ Pro fauore maioris inter dominuꝫ p̃me ⁊ decimi ſit coniunctio vel receptio cum bono aſpectu vel ambo ſint liberi a malis. Et dñs decimi in aſcendente vel aſpiciat eum benigne vel ambo ſint liberi a malis. Et dñs decimi nõ impediat dñm aſcẽdẽtis: ſecundã fac ſub aſcẽdẽte .10. cum dictis ꝯditionib⁹ ⁊ pone manũ ſecũde ad collũ p̃me.
¶ Ad odiũ maioris ĩ oĩbuꝫ fac ꝯriũ dñs decie ĩ oppoſito ſit p̃me cũ ſepatiõe.
¶ Pro amore alicuius habendo fac imaginẽ illi cuivis amorem acquiri die ⁊ hora iouis ſub aſcendẽte natiuitatis vel interrogationis: fortuna aſcendẽs ⁊ dñm eius ⁊ remoue malos ab ipſis: dñs decime ſit fortuna ⁊ iungatur dño aſcendentis cum receptione corporea vel bono aſpectu noĩa imaginẽ nomine famoſo illius pro quo facis. Secundã imaginem fac ſub aſcẽdente vndecime pro amico: ſub aſcendente ſeptime ꝓ vxore: noĩa etiã imaginẽ iſtaꝫ noĩe famoſo illius pro quo facis pone ſecundã cũ prima vt amplexent̃ ſe pone in panno mũdo ⁊ cuꝫ dño prime imaginis: imagines ambas: vis non eſt in metallo de q̃o fiat vel cera vel luto quia ſufficit obſeruatio aſcendẽtis cum conditionibus memoratis. ¶ Pro repulſione alicui⁹ aĩalis verbi gratia ſcorpionis fac imaginẽ ſcorpionis aſcẽdente ſcorpione luna ſit ibidẽ infortunata: infortunetur dñs aſcẽdentis in octaua. Infortunet̃ dñs quarti ſeptimo vel q̃rto aſpectu maliuoli. Inſcribantur hec: nomẽ aſcẽdẽtis: nomẽ dñi aſcendẽtis: nomẽ dñi diei: nomen dñi hore: nomen lune. ¶ Et in bonis que inſcribis pone in ante: in malis in dorſo. Sepeli imaginẽ verſaꝫ in medio loci melius erit ſi feceris quatuor ⁊ ſepelìueris oẽs verſas in q̃tuor partib⁹ loci loco recto diuiſo ĩ quatuor ⁊ cũ ſepelis dic: hec eſt ſepultura ſcorpionis vt recedat ab iſto loco ⁊ nõ recedat in eternum. ¶ Forme caput in quaꝫ fundis imagineꝫ ſculpe ſub aſcendente in quo ſit caput draconis ⁊ dominuꝫ aſcẽdẽtis ſit boni eſſe. Corpus ſub aſcendente in quo ſit luna aucta lumine iuncta fortune: ſpatula ⁊ pectus ſub aſcendente in quo ſit iupiter: ventrem ſub aſcendente in quo ſit venus: ancas ſub aſcendente in quo ſit ſol in aliqua dignitate ſua. femora ſub aſcendente in quo ſit mercurius nec retrogradus nec combuſtus. Sed in aliqua dignitate ſua. pedes ſub aſcendente in quo ſit luna veneri ſociata. ¶ Cõpletus eſt liber imaginum. Sequitur additio ad ea.

Inſuper nota ꝙ hore angulares medie optima vndecima ſimiliter pars fortune vtrunqꝫ obſerua ſi poteſt. Capitula vero libri dicti retineas per hos verſus. Corpus quod ſubſtat reꝫ habẽs honor ⁊ fauor aſſit: huic amor ⁊ vaſtans nociuũ ſiue repellẽs. ¶ Itẽ ea que fortunantur pro faciendis imaginibus perpẽdo natiuitates bonas vel malas ⁊ reuolutiões ⁊ q̃ſtiones ⁊ inceptiões: ꝓ corpibus ſubſtã

2008 Ministerio de Cultura

rijs: honore: fauore: amore: repulſione ꝛ contrarijs ꝑ lunā in manſionib⁹ bonis vel malis ſcio diē bonā vel malā: obſerua ſemꝑ ꝑ ſtatu corpis aſcendēs ꝛ dn̄m eius quō hꝫ ſe in ſe ꝛ cū aſcēdente ꝛ qs eſt ibi corpe vel aſpectu. partē fortune ꝛ dn̄m ei⁹ ꝑ ſtatu ſubſtātie: ſolē ꝑ valētia ꝛ honore: lunā ꝑ habitudīe aīe cum corpore medium celum ꝑ magiſterio ꝛ ope. ¶ Pro ſocietate cōtrahenda nō ſit luna in ſigno mobili. Jn ſcorpione ꝛ aquario male finit̄. Jn tauro bonꝫ eſt cū eq̄i. Jn leone bonū eſt abſolute. ¶ Cū vadis vbi vis preeſſe pone iouem in aſcendēte vel in nona ꝛ habebis ibi bonū. Jn quarta eſſe terribile. Jtē luna ꝛ venus teſtificentur ioui: non ſit malus in angulo: non ſit luna ſub radijs ☉ vel cum ☊ nec cum malis quia tunc peregrinus non redibit: infirmatus tunc morietur. ¶ Cum vadis ad bellum non ſit dominus aſcendentis in ſeptimo vel octauo vel in nono nec dn̄s primi vadat ad dn̄m ſeptimi: quia iens tunc ad bellum occidetur vel ſuperabitur. ¶ Ad citum reditū ꝛ ꝓſperū ſint ♃ ꝛ ♀ in quarta ☉ ꝛ ☽ ꝛ ſit ☽ inter duas fortunas ſepata ab vna ꝛ iūcta alteri: ꝛ ☽ ſit aucta lumine ꝛ numero. Jnfortune tardant ꝛ impediunt impedimento maximo: ꝛ ſi cum illis eſt fortuna ſequetur proſperitas. Et ☽ in domo octaua ſignificat moram longam.




¶ Jn mutatione hoſpicij ſit domus quarta ♉ vel ♌ ꝛ domus erit mundanā ſi ſit ♏ haberētur animalia venenoſa ꝛ maxime in aſpectu ♄: ꝛ nō ſit in quarto infortuna nec reſpiciat inimice. ♀ ſit ī quarta. ♃ in ſecūda. ☽ in loco bono cōuenienti eideꝫ. ¶ Sed quid facit ditari eum qui intrat aliam domuꝫ: cum mutas domū ſit ♃ in ſcd̄a: ꝛ ☽ ī loco bono ꝛ ditaberis. Cū planeta cuius negociū eſt in medio celo bonum eſt incipere opus. ☉ aptatus bonū facit reditum ꝛ velocem: et ſit ☽ inter duos bonos. ¶ Nulluꝫ iter incipe cum ☽ eſt aucta lumine: pro via non ſit ☽ in aſpectu ☉ □ vel oppoſito. Jteꝫ in exitu et reditu non ſit ☽ in octauo vel ſeptimo. Jn reditu non ſit ☽ in primo ſecundo vel quarto. ☽ ſit in medio celi benigne aſpiciens ♀. Jtem dominum hore ꝛ ☽ apta pro via infortune ꝛ fortuna dominuꝫ aſcendentis. ¶ Pro via ſit ☿ egreſſus de combuſtione iunctus fortune et maxime mercatoribus. Si nullus planeta eſt in nona dummodo dominus none ſit boni eſſe vade conſi

2008 Ministerio de Cultura

denter. Cum vadis ad perſonas eccleſiaſticas apta ♃ ⁊ ☽. Cum ad ſcriptores ☿. Ad mulieres ♀ ⁊ ☽. Ad ſenes ſit ☽ in △ vel ✶ aſpectu ♄. ¶ Pro exitu apta ſeptimum et octauum et eorum dominos. Pro reditu primum et ſecundum et eorum dominos ¶ Junge ☽ planete cuius rem vis petere vel habere. Si vis aliquid petere ſit ☽ aucta lumine ⁊ numero. Si quis poſtulauerit aliqud ab alio ☊ exiſtente cum ♃ in medio celi ⁊ cum hoc ☽ vadit ad eum: vel ſi ☽ vadit ad dominum aſcendentis recedens a ♃: vel ſi dominus aſcendentis vadit ad eum cito obtinebit. ¶ Cum vis aliquid emere ſit ☽ in medietate ſua ab ♒ in ♌. Cum arma vel inſtrumenta bellica vis emere ſit ☽ cum ♂ in fine menſis. ¶ Pro diſciplinarum exordijs elige pre ceteris diem ☉ ⁊ ☿: ⁊ nunꝙ diem ♄: ⁊ ☿ ⁊ ☽ ſint bene locati. ¶ Dies quoqȝ ♀ eſt vtilis pro minutione: non ſit ☽ in ♊ nec in ♓ quia ♃ et ☿ abſciſis negant incremētum: ⁊ ☽ ſit creſcens numero et lumine. ¶ Oculos cura cum ☽ eſt aucta lumine ſine aſpectu malorum. Semper et in omnibus caue ꝙ dominus aſcendentis non ſit in domo octaua: nam in queſtionibus hoc mortale inuenitur.




¶ Cum vtrunqȝ luminarium applicat domino orientis exiſtēti in cardine de cardie quicquid a rege petieris habebis vel impetrabis: et alterum luminariuȝ tenens medij celi dominum dat maximum incrementum. ¶ Qui acceſſerit ad regem ☽ exiſtente in ♒ nō recipietur ab eo nec curabit euȝ rex. ¶ In omni inceptione rei apta circulum ad naturam eiꝰ quod incepturus es: quia inter circulum celi et naturaȝ inferioruȝ eſt: ſicut inter magnetem ⁊ ferrum: ⁊ inter patrem ⁊ filium: ⁊ comedentem ⁊ cibuȝ. ¶ Mobilia ſigna elige in mutationibus: fixa in durabilibus: ⁊ ♏ eſt leuior inter fixa ♒ tardior et deterior. Non ponas ☽ creſcentem in aſcendente: vel ille cui eligis infirmabitur: niſi dominus aſcendentis aſpiciat gradum aſcendentis vel erit vt abſens a domo ſua non potens rem ſuam defendere. Si dominus aſcendentis aſpiciat illud bono aſpectu: ⁊ non ſit ☽ in angulis impedita: et ſit fortuna in angulo aſcendētis: non cadat pars fortune in initijs ad aſpectum. ☽ vel ☌ niſi aſpiciat aſcendens vel ☽ vel ſaltem dominum aſcendentis dominus aſcendentis ponatur cum parte fortune vel eius aſpectu quod melius eſt: ☽ nunꝙ ponatur in ſignis cadentibus.



BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

☽ ſi eſt impedita ⁊ res nequaq̄ȝ differri poteſt: non des ei dignitatem in aſcendente ⁊ pone fortunam in aſcendente: ⁊ fortuna dominum eius per preſentiam vel aſpectum fortunarum. Hore electe dicuntur in quibus pars fortune cadit in angulum: ⁊ optima ſi in domum vndecimaȝ. Hore male ſi in domos cadentes: in ſuccedentia mediocres. ¶ Studioſe librum imaginum interſerui regulis electionum: nam et ipſe de electionibus eſt de impetrando confectus. ¶ Cum vis aliquid impetrare: elige vt aſcendens ſit vacuum: et dominus aſcendentis ſit in ſeptima vel dominus none in eius ☌ vel dominus termini vel dominus hore vel ſaltem ſit orientalis a ☉: vel ☽ aſpiciat: vel ſit ♂ in altera domorum ſuarum: vel ♃ cum ☊ draconis: vel dominus rei cum domino aſcendentis. ¶ In electione non ſit ☽ cum planeta retrogrado. Item non ſit dominus aſcendentis retrogradus: non ſit ☽ in via combuſta. ¶ Cuȝ rex mouetur ad bellum non ſit ☽ cuȝ malo corpore vel aſpectu malo: nec ſub radijs nec cum ☋: alioquin occidetur vel vincetur. ¶ Horrenda eſt inceptio omnis cum ☌ vel preuentio impeditur que preceſſit propior. Cum dominus aſcendentis vadit ad dominum ſeptime bellum non incipies. In cuius natiuitate dominus quarte eſt in .10. vel dominus ſeptime in prima victor erit in bellis: ſimiliter dic de queſtione: et ſecunduȝ hoc elige. ¶ Pro concordia facienda ſit dominus ſeptimi debilis et fortuna ⁊ aſpiciat dominum aſcendentis △ vel ✶ aſpectu: ⁊ aſpiciat aſcendens aſpectu bono: ⁊ dominus duodecimi debilis ⁊ cadēs: ⁊ bonum eſt vt domus duodecima ſit impedita: ⁊ aptetur vndecima ⁊ dominus eius: ⁊ ſit dominus aſcendentis in medio celi vel iens ad illud: ſimiliter aſcendens ⁊ dominus eius vt poſſint eſſe fortiores in fortitudine: ⁊ fortuna: ⁊ ſi dominus duodecime eſt amicus domino aſcendētis erit melius: ⁊ ſi gradus duodecime ⁊ domus aſcendentis fuerint vnius fortitudinis hoc eſt melius omnibus in aptatione domorum: ⁊ ſi ambo ſunt preſentes aptetur ♃ ⁊ dominus aſcendentis ſit in ſigno precipienti: ⁊ dominus ſeptimi in obedienti: ⁊ ſi tractatur per legatū vel literas aptetur ☿. ¶ Cū volumus inimicos educere a locis ſuis in fraude ſit ☽ ⁊ dominus aſcendentis in ♈ vel ♉ ♊ ♍ ♐ ♑ vel ♓: ⁊ ☽ iuncta vni ex fortunis: el ſit vna ex illis in aſcendente: ⁊ dominus aſcendentis non ſit cadēs ab angulo ⁊ aſpiciat aſcēdens benigne: ⁊ ſit in aſpectu fortune: ⁊ dominus duodecime ſit debilis.

impetrare aliquid quod bonum est

2008 Ministerio de Cultura




¶ Lactare puerum cum nutrix incipit: ſit ☽ iuncta ♀ per corpus: ⁊ ambe ſalue ⁊ ſi ♀ eſt in aſcendente melius eſt. In ablactatione ſit ☽ procul a ☉ iuncta domino domus ſue: ⁊ aſcendat aliqua de domibus fortunatis in quo diſplicet quibuſdam domus ♀: timentes ꝙ mater vlterius cibum ab vberibus nõ ſubtrahat. Et dicunt cum ſeparamus infantes a nutricibus: ſi ☽ fuerit in curſu vacua non curabunt pueri vlterius lactare. Et alij dicūt ſit ☽ et dominus aſcẽdentis in domibus ſementum vt eſt ♉ ♍ ♑ et puer appetet ſementa. ¶ In abſciſione vnguium ſit ☽ aucta lumine ⁊ numero in angulo vel ſuccedenti: non in ♊ nec in ♐ nec iuncta dominis eorum: timetur enim ꝙ non renaſcantur: ſed in domo ♂ vel ♀ vel in ♋ vel in ♌. ¶ In abſciſione capillorum ſit ☽ ⁊ dominus aſcendentis in ſignis duorum corporum: ſed quidam non commendant ♍ ⁊ non damnant ♈ nec ♎ et non diligunt ♑ vel ♉: et ſit ☽ in ſignis crementū alias ſementum et accelerabit incrementum: et caue ab aſpectu ♄ maximo inimico: vel ſequetur tinea. Et ſi ♂ aſpicit aſpectu malo timetur ꝙ inciditur cum nouacula vel forpicibus vel erit apoſtema vel horū ſimilia. ¶ In introitu balnei ⁊ in vnctione annoſe ſit ☽ in aliqua domorum ♂ iuncta ☉ aut ♀ aut ♃ △ vel ✶ aſpectu: ⁊ non laudatur ☌ cum ☿ nec aſpectus ♄: vel ſit in domo ☉ vel in ſua propria: ⁊ non placet domus ♀ nec ☿ nec ♄: non ſit ☽ iuncta alicuiꝰ ex predictis gradibus per gradus: ſed ſi non eſt ibi in vnctione annoſa non vituperantur alia ſigna dummodo ſalua fuerint. ¶ Pro minutione Haly ponit ☽ deficientem et ꝙ non ſit ☌ ☽ cum domino octaue ⁊ ☽ non ſit in domo quarta.

2008 Ministerio de Cultura




ℭ In circunciſione pueroꝝ ſit ☽ ſuper ♀ eleuata ⁊ iuncta ♃: ⁊ caue ab aſcēdēte ⁊ eius dño: ⁊ a ♀ ⁊ a ☽: vt ♄ ne aſpiciat aliquē aliquo aſpectu ⁊ maxime aſcendens ⁊ ☽. ♄ enim ſignat reiterationem inciſionis venarū: ⁊ putredinem: ſit aſcedēs ⁊ dominus eius: ☽ ⁊ dñs eius ſeptentrionalis iens ad angulū: ⁊ non ſit ♂ in aſcendente: nec ☽ in ♏. ℭ Pro dandis purgatorijs ſit luna in vltima medietate ♎ vel in pma ♏: ⁊ ſit dñs eius fortunatus ⁊ fortis ⁊ ſimiliter dominus aſcendētis: ⁊ ſit aſcendēs aliquot ex ſignis inferioribus ⁊ luna ſit in illis: ita q̄ in ſigno ſignati illud mēbrū ſit fortuna fortis: ⁊ ſi voluerimus calefacē vel frigidare deſiccare vel humectare ſit ☽ ⁊ aſcēdēs in ſigno illud faciēte: ⁊ non ſit aliq̄s ſignator in ſignis ruminātibus vel aſcēdēs: ⁊ magis odioſus dr̄ ♑: ⁊ nō aſpiciat ♄ aliquo mō: ipſe eniꝫ aſtringit: nec ♂ q2 ipſe ducet ad emiſſionē ſanguinis: ſiľr in electuarijs ſalubribus preter ♄ qd̄ nō nocet qd̄cūq̄ ſit aſcendēs dūmodo ſit fortunatuꝫ ⁊ dñs aſcendētis ⁊ locus ☽ ⁊ caueatur a dño octaue. ℭ In conſtipatiuis que quoſdā prouocant ad vomitū: caue a ſignis ruminantibus ⁊ ſi ſit de illis ſit debilis non eſt cauendū ab eis: excepto ♉: ⁊ ſignuꝫ mēbri apteſ vt patet melius eſt: ⁊ ſit luna in curſu ſuo medio in ſeptētrione: ⁊ caue ab aſpectu ♂: ⁊ ſi luna eſt in pmis trib⁹ gradibus ♉ bonū eſt iens ad exaltationē ſuā. ℭ In ſternutationibus ⁊ gargariſmis ⁊ vomitib⁹ ſit ☽ ⁊ aſcēdens ⁊ loca ſignatoꝝ ſigna ruminantia cuꝫ oībus alijs que dicta ſunt in purgatorijs: ⁊ ſit luna diminuta lumine ⁊ curſu aſcendens in circulo augis: ⁊ ſit luna ⁊ dominus aſcendentis in ♋ ♌ vel ♍. ℭ In nouis veſtibus induēdis qd̄ eſt de capillis corporis ſit ☽ ⁊ aſcendens in ſignis mobilibus: nec cōmunia ſint mala: ⁊ caue a ♌ ex ſignis fixis: niſi ſit veſtimentum quod pertinet ad bellū: ſi ☉ in medio celi ⁊ ☽ aucta lumine: ⁊ apta ſcdām ⁊ eius dñm ⁊ maxime in emptione veſtimentoꝝ ⁊ eoꝝ inciſione. ℭ De domo ſecūda ſatis habes in natiuitatibus ⁊ queſtionibus. ℭ De domo tertia vt de cultu dei: apta tertiam ⁊ dominum eius ⁊ ♃ ⁊ luminaria: ſit aſcendens altera domus ♃: ⁊ apta ☿ ⁊ ſubtiliter intērio ꝯſidereſ: ⁊ aſpiciēt ſe hi planete aſpectu laudabili: ⁊ vterq̄ aſpiciat domū alterius vel qd̄ iſtoꝝ poterimus aptemus. ℭ In miſſiōe mādatoruꝫ ☽ ſit iuncta illi planete ſignante illum ad quem mittimus: vt ſi eſt rex iungatur ☉: nec ſint cadētes. Si iudex aut mercator ♃: ⁊ ſit liber cui ☽ iungitur.

2008 Ministerio de Cultura

DE domo quarta vt de molendini edificatione: ſit ☽ vel aſcendens in ♈ vel ♎ vel in vltima parte ♓ vel ♍: non ſit ☽ in ♋ vel ♑: quia ſunt contraria qualitati. faciunt enim dies et noctes inequales: et ſi ☽ ⁊ dominus aſcēdētis ſunt in alijs ſignis abſq̃ aſpectu infortune bonum eſt. ¶ In ſeminando ſit ☽ in ſignis mobilibus vel in ♓ vel in ♍. ¶ In arboribus plantandis ☽ ſit in fixis ⁊ proprie in ♉ vel ♒: ⁊ ♄ directus in ſequenti angulum in loco in quo habeat aliquam dignitatem aut teſtimonium vel in aſcendente ⁊ ſit aſcendens aliquod predictorum: ⁊ ♃ non aſpiciat ♄ aſpectu bono a loco in quo ſit ei aliquod teſtimonium: ⁊ caue a ♂. Et quidam preferunt dominum exaltationis domino domus in plantando arbores: ⁊ dominus ☽ aſpiciat eum a ſigno aquatico: ⁊ ſi non eſt aſcendens ſignum fixum ſint ☽ ⁊ dominus eius orientales. ¶ Circa domum quintam vt de conceptione filij ſit aſcēdens ſignum maſculinum directe aſcenſionis: ⁊ anguli fixi ⁊ non remoti: dominus aſcendentis in aſcendēte vel medio celi vel in vndecima et ſit planeta fortuna qui prius peruenit ad gradum aſcendentem per motum ſuum et aptentur luminaria: ⁊ dominus temporis maxime: ⁊ non ſit aliqua infortuna in angulo: ſed fortuna libera ⁊ fortis: ⁊ non ſit impeditus dominus aſcendentis in menſe nono: partus enim ſepe tunc fit et idem eſt bonum in ſeptimo vel decimo: nam ⁊ partus tunc fit primo ſit fortis ⁊ fortunatus ⁊ luminaria ⁊ dominus ſexti vel octaui: ſi eſt infortuna non commiſceantur cum aliquo ſignatore: et aptentur omnia in libris natiuitatum illaudabilia: ⁊ ſumantur ibi approbata cum radicibus electionum: ⁊ optimum eſt vt ☽ ſit in aſcendente in △ aſpectu ☉: ⁊ caueatur a via combuſta: ⁊ ♀ aptetur. ſi eniꝫ ♀ impeditur mulier corrumpitur. Si ☽ tunc ſemen: et apta domum quintam et eius dominum: et conceptiones ſunt meliores in horis imparibus ſcilicet prima tertia quinta ⁊ cetera: ⁊ ♎ aſcendens quod eſt ſignum rationale: ⁊ eſt bona ♎ cum domino ſuo et erit tunc medium celum ♋ multorum filiorum: ⁊ ſunt reliqui ſignatores in ſignis maſculinis: ⁊ concipitur filius: ⁊ non fit membrum tortuꝫ nec matrix torta vel infirma. Significationes enim circulares perficiuntur ſecunduꝫ q̄ eas ſubiecte poſſunt recipere materie. ¶ De domo ſexta de captiuitate ſatis alibi notaui ⁊ eorum manumiſſione. De emptione volatilium quibus venamur aues: ſit ☾ in ♊ vel i eius triplicitate vel in ſigno vel in prima medietate ♑: nam accipiter eſt ibi et bonum eſt vt ſit ☾ in vltima parte ♊ vel in ♌ vel in ♐: quia ibi eſt lupus. ¶ Pro canibus venaticis ⁊ ſimilib⁹: ⁊ dicitur etiam in ♋ quia eſt dominus ☾: ⁊ ☾ eſt ceteris velocior. Cum ☾ eſt in ♋ vel ♍ non fiat matrimonium niſi cum vidua. ¶ De domo ſeptima ſatis alibi notaui ſupra de queſtionibus ⁊ natiuitatibus: ⁊ de his que ad alias domos pertinent.

i plantandis arboribus



2008 Ministerio de Cultura




De domo vndecima vt de laude ⁊ fama habendis aptet vndecima ⁊ dñs ei⁹: ⁊ ſit aliqua de domib⁹ iouis ⁊ ſi eſt ipſe in domo vndecima vel in aſcendente: aut ſi aſpicit ea aſpectu bono: bonũ eſt: ⁊ ſit iupiter liber ⁊ fortis ⁊ dñs vndecime tũc in aſcẽdẽte vel ecõtra: bonũ eſt: ⁊ ſit ſol in decima liber ⁊ luna iuncta ei aſpectu trino vel ſextili ⁊ ſi non eſt ſeparata cuꝫ hoc a dño vndecime vel a ioue erit melius: tunc enim proſperabit res ⁊ erit laudabilis: ⁊ vniuerſaliter oẽs ſignatores benigne ſe aſpiciãt: ⁊ maxie luminaria ⁊ aſcendentis ⁊ vndecime dñi. ¶ Pro habendo amore aptet luna cum dño vndecime ⁊ dñs eius ⁊ ſit recepta a venere optimo aſpectu: et eſt melius ſi fuerit in domo vel exaltatione ꝙ ſi fieri nõ poteſt ipſa recipiat a bono ex trino: ⁊ ipſa recepta ſit a ioue vel a dño domus ſue: ⁊ ſi non eſt ſic tamen luna ſit in aliqua dignitate veneris libera. Et ſi queritur dilectio lucri tunc ſit in aſcendente vel in eius triplicitate pars fortune: ⁊ ſi cauſa hereditatis vel terre ſit in quarta domo ⁊ ſic de ceteris. ¶ De domo duodecima ad impediendum inimicum vel alium: ſit luna impedita vt ſit in coniunctione vel oppoſitione ſolis vel alijs impedimentis que alibi notaui: ⁊ duodecima ⁊ dominus eius ſint impediti ⁊ luna in aſcendente. Nam aſcendens eſt contrarium lune ſecundũ ſubſtantiam ſuam vel ſit ante eclypſim vel poſt per tres dies vel minus: et ſol ſit liber ⁊ mũdus: ⁊ in medio celi ſit fortuna: ⁊ multi timent multum illos tres dies ante eclipſim ⁊ tres poſt eclipſim: ⁊ cauent ne in eis aliquid inchoant: ⁊ quanto plus luna fuerit impedita tanto plus impediuntur quorum impedimentum queritur: ⁊ maxime ſi dominus impedit ſubiectos: quia luna miniſtros ſignificat ⁊ vulgares. ¶ Zael in libro electionum dicit: ſi natiuitas vel interrogatio ſignificat ad certum tempus malum: non eligas nihil enim proficis ſi pones omnes fortunas in angulo ⁊ facis malos cadere de angulis: vides enim ꝙ aliqui ſimul incipiunt ⁊ differenter finiunt: et hoc eſt propter diuerſas natiuitates: ⁊ profectiones ⁊ directiones in radicibus illorum ⁊ dicit ꝙ inter circulum celi ⁊ naturas inferiorum eſt ſicut inter magnetem ⁊ ferruꝫ: ⁊ inter patrem ⁊ filium: ⁊ inter commedentem ⁊ cibum. Et ſtelle fortunate ⁊ planete ſunt equales ⁊ temporati: ⁊ ob hoc boni: mali vero econtra tanꝗ̃ fures ⁊ mali. In mutationibus ⁊ vijs eligit mobilia ſigna. Et in ſeminando emẽ

2008 Ministerio de Cultura

do vēdēdo :infirmdo mulierē vel alia ꝓmiſſa non valent mobilia. Rumores tunc dicti ſunt falſi:nec planatio nec fundamenti poſitio : tunc infirmatus cito morietur. ❡ Fixa ſigna valent in omnibus durabilibus: vt eſt plantare edificare nuptias celebrare: ⁊ tunc incarceratus diu ſtabit ⁊ qui iraſcitur tardius placatur: ⁊ mercedes tūc ſunt bone: ⁊ ſcorpio eſt leuior omnibꝰ fixis ⁊ leo magis ⁊ aquarius tardior ⁊ deterior. ❡ Cōia ſigna bona dicit eſſe in ſocietatibꝰ: ⁊ quod tunc fit iterabit̃ qui egredietur de carcere retrudetur: conualeſcens recidiuabit: narratio non creditur: conſilium nō ſtabit: in negocijs deceptio erit.

❡ In inceptionibus nō ponatur luna impedita nec aſcendens in aſcendente vel ille cui eligitur infirmabit̃ niſi dn̄s aſcendentis aſpiciat gradum aſcendentem vel erit vt abſens a domo ſua: qui nō poteſt eam defendere: ⁊ ſi dn̄s aſcendentis eſt malus: pone illum illuc aſpicere trino vel ſextili aſpectu pone fortunas in angulo aſcendentis vel medij celi : ⁊ non cadat pars fortune in inicijs ab aſpectu lune: aut eius cōiunctione: ⁊ nō cures ſi cadit ab aſcendente: dummodo aſpiciat lunam vel ſaltem dn̄m aſcendētis: ⁊ ponatur dn̄s aſcendentis cum parte fortune vel ſaltem in eius aſpectu qꝛ melius eſt. Et luna nunq̃ȝ ponatur in duodecima ſexta vel octaua vel ſecunda: ⁊ ſint aſcendens ⁊ luna in ſignis directis. ⁊ dicit qꝛ tortuoſa ſigna ſignant tarditatem: ⁊ boni paruȝ iuuāt niſi in angulo vel in vndecimo ⁊ quinto in bonorum dominoꝝ aſpectu quarto vel oppoſito parum iuuant: ⁊ mali aut parum aut nihil nocent niſi in angulis ⁊ in quarto ⁊ oppoſito domini aſcendentis: ⁊ lune, timorem ingerunt ſȝ aliud nō poſſunt. ❡ Dorotheus dicit ſi luna eſt impedita ⁊ res nequaq̃ȝ differri poteſt: non des ei dignitatem in aſcendente: pone in aſcendente fortunam ⁊ conforta aſcēdēs ⁊ dn̄m eius per preſentiaȝ vel aſpectu fortunaruȝ. ❡ Pro domo ſecunda pro alchimia luna ſit in ſignis cōibus mūda ⁊ ſit ſeptima ſimiliter ⁊ in opere auri aptetur ſol: argēti luna. ❡ In domo quarta pro edificijs mars oīno cadat ab aſcēdēte ⁊ a luna ⁊ a mercurio ⁊ nunq̃ȝ ibi pars detur ſibi aut ſaltem in loco ſuo fortis ⁊ fortis ſuper marteȝ: ⁊ iungat̃ ei ex trino vel ſextili aſpectu: quia mars non impedit rem veneris pro ipſius amore : ⁊ ſaturnꝰ cadat a venere ⁊ a luna propter inimicitias eius ad venerem ⁊ lunaȝ. ❡ Contra infeſtationem alicuius terribilis vt fantaſmatis aut alterius vt a domo vel ab homine remoueatur: nec luna nec aſcēdens ſit in ſigno fertili que ſunt cancer leo ſcorpio aquarius. ❡ Medicamen non fiat membro qđ eſt a ſurſum ad pectus cum luna eſt in ariete tauro vel geminis: a pectore ad pectineȝ cum eſt in cancro leone virgine a pectine ad genua cum eſt in libra ſcorpione ſagittario ⁊ c̄ vel a ſurſum non fiat ad pectinem: cum eſt luna ab angulo terre vſqȝ ad medium celi a ſiniſtro. Propter hanc partem circuli aſcendentem a pectine deorſum a mediu celi vſqȝ ad angulum terre: vnde hec pars eſt aſcendens ⁊ ſit aſcendens fortunatum. ❡ Pro pilis radendis fiet hoc cum luna deficit lumine aut nō ſit in ſignis piloſis que ſunt aries taurus leo capricornus. ❡ Oculos cura cum luna eſt aucta lumine iuncta fortune.

p pilis radeñ 15

2008 Ministerio de Cultura



Figura iſta ſignifi/cat bonoꝛẽ aliqueꝫ habiturum.

PRo bonoꝛe habendo ſpecialis eſt electio: vt dñs aſcẽdẽtis vel dñs decimi vel iupiter ſit ĩ domo ſua vt ĩ angulo: vel caput cuꝫ aliquo boꝛũ triũ: ⁊ melius in angulo medij celi ⁊ ſine ꝯiũctione ⁊ aſpectu mali: nõ in gradibꝰ femineis nõ in tenebꝛoſis: nõ in vacuis: non in puteis ⁊ electus eſt vt ſit in gradibꝰ foꝛtunã augẽtibꝰ. Et ſi ẽ in domo aut gradu exaltationis ſue ♃ ẽt valde cõmendabile iudicabis. ¶ Ad inueniẽdũ ꝙ q̃ris elige vt dñs aſcendẽtis ſit in aſcẽdente: ⁊ melius ſi cum ♃ dñs hoꝛe eſt cũ illo. Item ꝙ dñs aſcendẽtis vel dñs hoꝛe aſpiciat ſolẽ ⁊ melius eſt ſi cũ hoc luna aſpicit dominum aſcendentis. ¶ Succeſſum quotidianum cognoſce ſic vide quantum eſt oꝛtum de ſigno aſcendente: ⁊ ſi in reſidua parte ſigni ſtella quecunqꝫ fuerit: ita ꝙ iſtam aſpiciat dominus aſcendentis ſm naturam illius ſtelle in relicta diei parte aſſequetur. Si vero dominus aſcendentis illam non aſpicit ad noctem illud differtur. Si dominus oꝛientis in oꝛiente locatur maxime eadem die remouetur incomodum. Si dominus ſecunde eſt in aſcendente: ⁊ aſpicitur a domino aſcendentis: eadem die lucrum largitur. Si vero dominus aſcendentis ipſum non aſpicit illa die ſoluet pecuniam in tributo. Si dominus tertij eſt in oꝛiente reſpectus a domino aſcendẽtis commodum ⁊ que ad fictum pertinent dat. Si dominus quarti eſt in aſcẽdente a domino pꝛimi aſpectus: vtilem acquirit amicum ꝙ eſt filius: vel hereditatem vel huiuſmodi. Quinti dominus in oꝛiente ab eiuſdem domino ſi eſt aſpectus: filius ſibi aut amicus acquiritur vtilis: aut que ſibi ſunt placita habebit: ⁊ ſi non ſit aſpectus in ſimilibus damnum: nam ſi maliuola eum aſpiciat in hoc ſolo capitulo nec pꝛodeſt nec obeſt. Sexti dominus ibidem ab oꝛientali domino aſpectus moꝛbuꝫ eadem die minatur: reſpectu negato nec iuuat nec oberit: maliuole autem aſpectus detrimentum a rege inducit. Septimi dominus in oꝛiente ab illius domino reſpectus: ipſo die ſubdit imperio mulierem: aut mulierum pꝛofectu gaudebit: ſi vero non ſit aſpectus nec bonum nec malum eſt. Si maliuola aſpicit: mulierum cauſa lachꝛymas ⁊ damnum aſſequetur. Octaui dominus vt dictum eſt reſpectus nõ modicũ ea die pellit incommodum: ſine aſpectu nec iuuat nec nocet. Si maliuola re//

2008 Ministerio de Cultura

ſpicit de morte timendum. Noni dominus in oriente vt dictum eſt reſpectus
ipſa die iter inſtituit ſine aſpectu affectat. Sed non incipit ⁊ maliuola reſpici/
ens ad ipſum: aut ſi iter incipiat dimittit. Decimi dominus in oriente vt di//
ctum eſt ꝙ tenet ea die que tunc ſi competit inducit dignitatem: reſpectu ne/
gato videtur adipiſci: Sed non proficiet: maliuola reſpiciens ad ipſum ⁊ dif
ficultatem ingerit. Undecimi dominus in oriente vt dictū eſt quotidie quod
proſperat dat reſpectu negato nihil proficit maliuole reſpectus omnino au/
fert. Duodecimi dominus in oriente ab orientis domino reſpectus planctuz
inducit nam ea die confert anguſtiam: ſine aſpectu nec prodeſt nec obeſt. Cuz
dominus aſcendentis aſcendens non aſpicit: eſt de ipſo vt de homine a domo
ſua abſente: quia tunc non poteſt eam defendere ⁊ cum omni diligentia ſtatū
almutam ſemper obſerua hoc eſt illius qui fuerit prepotens in radice naz res
cuius radix illa fuit ſemper ſimiliter ſe habebit. ¶ Quid per ſingulos mēſes
accidat iudica ſic: a gradu aſcendente in principio menſis accipitur dominus
terminorum. Si vterqꝫ dominus termini gradum ſuum reſpicit iuxta natu/
ram recipientis ⁊ proprietatez domus in qua eſt iudica que ſi eſt maliuola ma
lum auget: reſpectu negato nec bonum nec malum ſuggerit iuxta hec predi/
cta potes eligere ſm domos ⁊ dominos domorum ⁊ terminorum. ¶ De ſuc
cedentibus annorum ſatis notaui in tractatu reuolutionum ⁊ in ſumma libri
queſtionum: ⁊ multum conſidera in electionibus partem felicitatis ſapientie
victorie quam notaui ſupra in reuolutionibus ⁊ dominum termini medij ce/
li ⁊ eorum habitudines ⁊ ſolem ⁊ eſt illa pars iouis: ⁊ accipitur in die a parte
ſecretorum in iouez in nocte econuerſo: ⁊ addentur deſuper gradus qui aſcē
dunt in ſigno aſcendente: ⁊ proijcitur ab initio ſigni aſcendentis huius ſigni/
ficationes laudabiles: vide in introductorijs in parte iouis. ¶ Item pro ſtatu
nati omni hora recipe quantum eſt tunc a ſole in locum lune in natiuitate ⁊
proice ab aſcendente tunc: ⁊ quo peruenit proiectio ibi eſt partis fortune di/
rectio: ⁊ ſm habitudinem loci ⁊ dominum eius iudica: Secundum aliam ra/
dicez fac ⁊ ſm ptholomeuz quod eſt a ſole in lunam hoc in nocte proice retro
hoc eſt contra ſucceſſionem ſignorū ab aſcendente. In die in ante hoc eſt ſm
ſucceſſionem ſignorum.

## ¶ Tractatus decimus de intentionibus.

Intentionum volentis tibi facere queſtionem cum ad hoc
ad te venerit: interpoſito ſibi ſilentio: ſcias per dominum
aſcendentis ⁊ locum eius: ordinata figura celi ⁊ poſitis pla/
netis in locis ſuis in hora qua ille querere intendebat. Si
enim dominus aſcendentis eſt in prima domo volebat que
rere de ſeipſo: ſi in ſecunda de ſubſtātia: ⁊ ſic per omnes do
mos prout ſignificāt. Si dominus aſcendentis eſt retrogra
dus vel cōbuſtus non per ipſuz ſed per ☽ iudica vt prius: niſi ſit a ☉ combu
ſta vel in via combuſta: ⁊ tunc iudica per dominum hore ſic: gradus quos ſe/

2008 Ministerio de Cultura

eſt ipſe ī ſigno in q̃ eſt multiplica ꝑ.12. ⁊ ſummā diſtribue ab aſcēdēte ꝑ. 30. ⁊ vbi terminat̃ ſm illā ptē ſigni qḋ ipſa ſigt iudica intētionē: ⁊ ſi ē iſte ſcȝ dn̄s ho re īpeditus recipe gradus q de ſigno oriēte iā aſcēderūt ſuꝑ terrā hos diuide ꝑ.2. ⁊ dimidiū ⁊ hoc diſtribue ab initio ſigni oriētis dās vnicuiqȝ ſigno.2. gra dus ⁊ dimidiū vbi finit̃ ibi eſt intētio: verbi gr̄a fuit aſcendēs ♈.12. diſtribui ꝑ 2. ⁊ dimidiū incipiēs ab ♈: ⁊ terminata eſt diſtributio in qnta qḋ eſt ♌ que do mus eſt filiorū. Sciui ergo ꝙ volebat querere de filio: ⁊ qꝛ dn̄s loci ſcȝ ♌ ☉ erat in ſeptima ſciui ꝙ volebat q̃rere de filij vxore q ſi fuiſſet in ſexta q̃rere in/ tendiſſet de filij infirmitate ⁊ ſic de alijs dic. ¶ Ptholomeus iudicabat inten/ tionē ꝑ fortiorē in circulo ſignatorē: vt ſi ille eſt in decima de honore: ſi in pri/ ma de vita ⁊c̃. Et cōſidera vtiqȝ aſcēdēs ⁊ dn̄m eius: ☉ ⁊ dn̄m eius: partē for/ tune ⁊ dn̄m eius ⁊ dn̄m duodecimi gradus aſcēdētis: ⁊ q inter hos fortior ex titerit ſm illū iudica intētionē. fortiorē aūt docet pars ducis q̃ accipitur a do/ mino hore in dn̄m aſcendentis: ⁊ adduntur gradus quos fecit dn̄s hore in ſi gno in quo eſt: ⁊ proijcit̃ a gradu dn̄i hore: ⁊ in cuius planete ſigno termina/ ta fuerit proiectio ille eſt dux: credo tamen ꝙ debet proijci ab initio ſigni do/ mini hore: ⁊ ſi eſt almutaz in prima facie ſigni: ſignificat rem ſignatam per pri mum dominum triplicitatis ſigni: ⁊ ſimiliter in ſecunda ⁊ tertia dic. ¶ Inten tionis quoqȝ proiectio fit a domino hore in gradum ☉ recipiunt̃ gradus eq̃/ les ⁊ extenduntur ab aſcendente: ⁊ vbi terminatur extenſio in illa domo eſt in tentio: vnde ſi ☉ eſt dominus hore dominus hore eſt in aſcendente.




¶ Figura quoqȝ que Hermetis dicitur: equaui complete ad latitudinē cli/ matis tertij perfecti: aſcendens erat taurus. Medium celi ♑.26.29. Unde/

2008 Ministerio de Cultura

cima ♒.2 .20. Circulus rectus.61.30. Duodecima ♈. 4. 50. Circulus re/
ctus.94.90. Prima. ♉.9.55. Circulus rectus.127.30. Secunda ♊.6.25.
Circulus rectus.154.30. Tertia ♋.1.34. Circulus rect⁹.181.30. ¶ ♀ erat in
♋.15.in ſua triplicitate. ☽ in. ♎. 10. gradu in nulla dignitate ſua. ☉ in ♋.
Pars fortune in ♐. ♄ in ♌ ī nulla dignitate ſuarum. Fuit ergo ♀ dux que
ſtionis: tamen quia ☽ a ♄ ſeparatur ligatur in ſexto: iudicauit Hermes ꝙ que
ſtio eſſet de matre: nam ⁊ ☽ matribus preeſt ⁊ infirmitati: ⁊ quia ☽ ſeparaba
tur a ♄: dixit ꝙ infirmitas erat frigida ⁊ ſicca: ⁊ quia in corpore humano ſto/
machus eſt ♌: dicit cauſam eſſe in ſtomacho: ⁊ quia fuit ♄ in primo gradu
♌: dicit infirmitatem eſſe in ore ſtomachi. Inde quia ☽ ♀ applicat recipienti
curandum eſſe dixit: ⁊ quia inter ☽ ⁊ ♀ erant.5.gradus: ⁊ ideo dixit curan/
dam infra.5.dies quia ſignum erat cōuerſiuum. Et ſi ☽ fuiſſet in ſigno firmo
ſignificaſſet.5.annos: ſi in bicorporeo.5.menſes. Et ſi ☽ ♄ applicaſſet ſic di/
xiſſet infirmam infra dies totidem morituram: econuerſo ſi in loco ☽ ♀ fuiſ/
ſet. Queſtio foret de aliqua muliere ſue gentis. ſi ♄ de patre ſi ☿ de filio. ſi ☉
de rege. ſi ♀ in ſeptimo de ſponſalicijs. ☉ in die eſt maſculus in nocte femi/
na. ☽ econtra. Si ♃ ſimiliter eſſet in nona queſtio eſſet de ſomnio. Si ♂ in ſe
ptimo de contrauerſia. ¶ Et Raſis quoqꝫ videns han figuram ait. Cum vi/
derem oriens femininum ⁊ dominum eius femininum ⁊ in feminino: de fe/
mina queſtionē fore planum erat. Et cum dominus domini orientis eſſet in
ſexta ipſa ſcilicet ☽ ♀ in domo fratrum applicans ſeparata a ♄ qui erat in q̄r
to quod eſt parentum: ſciui ꝙ de matre: quia ☽ matres ſunt: ⁊ quia domino
ſexte de ſexta applicabat infirmam eſſe ſciui: ⁊ quia ♄ ſeparabatur cuius eſt
noxa: ⁊ ♀ applicat conſtitit illam fore ſanandam: ⁊ quia inter tranſlationem
erant.5.gradus ⁊ fiebat tranſlatio de ſigno mobili: ſciui quod hoc quod ſigna
tum erat in.5.diebus fieri debebat.

¶ Compilatio Leupoldi ducatus Auſtrie filij de
aſtrorum ſcientia: explicit feliciter. Venetijs
per Melchiorem Seſſam: ⁊ Petrum
de Rauanis ſocios. Anno incarna
tionis domini. M. ccccc. xx.
die. xv. Julij.

E. st francisci de Raido. filius qᵐ dni stephani

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA
DEL
[illegible]

2008 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

Real O

2008 Ministerio de Cultura

3380

COMPILATIO
LEUPOLDI
DE ASTROR
SCIENTIA

Observatorio de
BIBLIOTEC
2.125